2728.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)




Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

DA BOX



BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS
=LN 379
ex. 2

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

2728.

EPITOME MORALIS SCIENTIÆ EX LIBRIS Ethicorum ARISTOTELIS & alijs Philoſophis repetita, & in celeberrima Academia VVitebergenſium exercitij gratia propoſita

à

M. Carolo Georgio Bangio Dano.

Cicero in Paradox. 2.

Neſcis inſane, neſcis quantas vires VIRTVS habeat: nomen tantum virtutis uſurpas, quid ipſa valeat, ignoras.

VVITEBERGAE
Typis VVolffgangi Meiſneri, Anno
M. D. XCIX.

Johannes Bance

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

2728.

NATALIVM SPLENDORE, PIETATE, ERVDITIONE, MVLTARVMQVE VIRTVTVM dotibus conſpicuis juvenibus,

DN. VVERNERO PASBERGIO,
DN. KYLIANO KRABBE,
DN. CHRISTOPHORO HUITFELDIO,
&
DN. HENDRICO HUITFELDIO,
fratribus germanis DN. IACOBI
HUITFELDII filiis
DN. CHRISTOPHERO VVLFFELDIO,
de Suenſdorp. Diſcipulo ſuo quondam perdilecto.
DN. LAXMANNO GYLDENSTVRNIO:
DN. TAGONI TOTTHEO
de Erichsholm:
DN. PETRO GALTEO, DN.
NICOLAI P. GALTEI DE
INGELSTAD Filio, &
DN. STEENIO ROSENPAR, DN.
OLAI ROSENPARRI de Scharholt filio artium liberalium in Germania & Dania ſtudioſis, Dominis patronis, & amicis ſuis reverenter colendis.

GRAVISSIME EQVIDEM NOBILISſimi juvenes à Cicerone dictum eſt; Optima hęreditas quæ à Patrib. traditur liberis, omni patrimonio præſtantior, eſt gloria virtutis rerũq; geſtarũ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

cui dedecori eſſe, nefas & viciũ judicandũ eſt. Quę ſententia quoties mihi in mentem venit, toties de laudanda ſuaviſsimorũ veſtrorũ parentum induſtria & cura in vobis rectè in honeſtis moribus & bonis literis inſtituendis cogito: Illi ſane hactenus maximis ſumtibus & moleſtiis poſtpoſitis, omnem moverunt lapidem ut VIRTUTI aſſuefiatis, qua Nobili homini nihil utilius, nihil præſtantius, nihil firmius, ſiquidem ea ſecundum Philoſophum nec eripi, nec ſurripi, nec naufragio, nec incendio perire poteſt, & ea præditi, ſoli nobiles jure dici merentur. Recte proinde Seneca, neminem altero nobiliorem eſſe ſtatuit, niſi cujus ingenium eſſet præſtantius, & bonis artibus aptius. Et Thales Mileſius ipſos tantum beatos pronunciavit, qui cum corpore ſani eſſent, animum quoque virtute & doctrina expolitum haberent. Etſi verò magnum apportat Encomium generoſa & illuſtri familia profectum eſſe, majorem tamen apud omnes Gentes laudem meretur placidis moribus & erudita doctrina probe excultum eſſe: Quod potentiſsimi & sereniſsimi Imperatores, Reges, Principes & Heroes videntes, filios ſuos à teneris humanioribus literis informari curarunt, ut tandem ad Imperii gubernacula iis poſt Parentis obitum commiſſa; majori cum prudentia & laude ad ſuum &

ſubdito-

ſubditorum commodum ſedere valerent. Ni-
cephorus lib. 12. c. 23. refert Theodoſium Im-
peratorem Arſenio viro doctiſs. filios ſuos
erudiendos commiſiſſe, ut digni redderentur,
qui ipſi aliquando in Imperio ſuccederent.
Similiter majorum monumentis ad nos tranſ-
miſſum eſt, Philippum Macedonum Regem
filium ſuum Alexandrum Magnum ſummo
Philoſopho Ariſtoteli Stagiritæ inſtituen-
dum miſiſſe, cum hac commendatione, quæ
extat apud Gellium lib. 9. c. 3. Filium mihi
genitum ſcito, quod equidem Diis gloriam
habeo, non tantum quod natus ſit, ſed quod
eum naſci tuæ vitæ temporibus contigerit,
ſpero enim fore, ut eductus erudituſque abs
te, dignus exiſtat & nobis rerumque iſtarum
ſucceſsione. Sic quoque memoriæ proditum
eſt de Carolo Magno, qui cum eſſet acri ju-
dicio, multa facundia, & diſciplinarum deni-
que omnium ſcientia tinctus, filios ſuos ab
ipſo vitæ limine VIRTUTI & honeſtis diſci-
plinis operam navare voluit; jamque adultis
factis, in equitando, arma ferendo, & jacu-
lando exerceri curavit, ſecum procul dubio
illud Senecæ reputans, Nihil indocto Princi-
pe Reipublicæ exitius; & illud Platonis,
Tum demum Reſpublicas beatas fore, ſi aut
docti & ſapientes eas regere cœpiſſent, aut
qui regerent omne ſtudium in doctrina & ſa-

2728.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

pientia collocaſſent. Horum enim præſtantiſsimorum Heroum exempla, cùm Parentes veſtri deſideratiſsimi graviter æmulentur, non vero ſordidorum hominum, qui plus laborant ut filii habeant undè ſplendide vivant, quàm ut rectè viuant, majoremque curam corporis quam animi habeant, quis non in cœlum eos, eorumque pium propoſitum ferat? Veſtri proinde officii eſt Nobiliſsimi juvenes, tantum beneficium nunquam oblivione obruere, neque in poſtremis habere, ſed ex animo exoſculari, nocteſque dies conari, ut aliquando non ſaltem ſuſceptæ de vobis Parentum, conſanguineorum & intimorum ſpei reſpondere, ſed etiam majorum veſtrorum virtutes repræſentare valeatis. Quod ut commodius fiat, Ego hanc moralis ſcientiæ Epitomen ex Ariſtotele & ejus interpretibus contractam, captuique veſtro accommodatam, & calculo Clariſs. & Doctiſs: viri Dn. VVOLFGANGI FRANTZII Sacro Sanctæ Theologiæ Doctoris, & pro tempore collegii Philoſophici in celeberrima Academia VVitebergenſi Decani ſpectatiſsimi, nec non Hiſtoriarum profeſſoris publici, ad prælum publicum approbatam vobis dico & devoveo, quam ut benevolo animo ſuſcipiatis etiam atque etiam rogo. Deum opt. Maxim. præcabor

2728.

bor, ut vitam veſtram in multos annos producat, veſtriſque ſtudiis faveat & aſpiret, ut in Dei gloriam, Reipubl. emolumentum, Patriæ ornamentum, Parentum & amicorum laudem, veſtramque temporalem & æternam ſalutem feliciter cedant. Bene valete. Dabatur VVitebergæ 12 Aprilis Anni Chriſti 99, quo die ante annos 22. anno nempe Chriſti 1577, in munitiſsima arce FRIDERICHSBURG in lucem editus eſt ſereniſs. ac potentiſs: Rex Daniæ & Norvegiæ CHRISTIANVS QUARTUS, cui Deus, qui Regna ſtabilit & confert cum longæva vita firmum & tranquillum Imperium largiri dignetur.

V. V. generoſit.

Studioſiſs.

M. Carolus Gæorg. Bangius
Euſtadienſis Schanus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

Caput I. de Definitione

Reſp. Michael Crouuelius Malmogius Danus.

QUid eſt Ethica? *Eſt ut definit Cicero, doctrina benè vivendi.*

Unde habet nomen? ἀπὸ τῶν ἠθῶν *i. e. à moribus, quod mores hominis formet & mutet.*

Quis eſt finis huius doctrinæ? *Eſt docere rationem honeſte & congruenter vivere, honeſte enim vivere nihil aliud eſt, quam ex virtutis præſcripto vivere, ut inquit Cicero.*

Quodnam eſt obiectum Ethicæ? *mores, & actiones hominis ſecundum virtutem conformandæ.*

Utrum Ethica vel Phyſica dignior ſit? *Vtraq; ars à veteribus Realis; appellata eſt, quod ab utraq;, res optimæ ad diſſerendum depromuntur: verum cùm Eruditi artium dignitatem ab obiectis metiantur, perſpicuum ſit Ethicam eſſe excellentiorem Phyſica. Nam Phyſica naturas conſiderat, Ethica verò hominis mentē honeſtati imbuit.*

Obiectio

2728.

Obiectio. Decalogus agit de virtutibus. Ergo inanis eſt Chriſtianis Ethica. *R. Decalogus tantum mandat quid faciendum ſit, Ethica verò definit, diſtinguit, & monſtrat rationes & fundamenta virtutum. Deinde Decalogus perfectiſsimè & ſpecialiter bona opera, & vitia perſequitur. Ethica verò acquieſcit in generaliſsimis, & quidem non ita perfectè exigit diſciplinam ab hominibus.*

Object. 2 Virtutes naturà cognitæ ſunt nobis: Ergo fruſtra proponitur Ethica: *Ant. prob. quia lex ex qua vivendi ratio petenda, natura nobis cognita, ut Paul. Rom. 2. ait. R. Etſi virtutes natura cognitæ ſunt, quod lex, ex qua vivendi præcepta ſumantur, in cordibus noſtris ſcripta ſit, tamen virtutes exercitio & uſu expoliuntur, boniſque artium præceptis confirmantur & augentur.*

CAPUT II.

QVid tractat Ariſtoteles primo in Ethica? *Ariſtoteles primo agit de Fine*

doctrinæ moralis qui alias Beatitudo ſeu felicitas civilis vocatur.

Eſt ergo aliquis rerum & actionum humanarum finis? *Maxime; quod Ariſtoteles ita probat, omnis ars, omniſque docendi via, atq; inſtitutio, item omnis actio, & conſilium, bonum aliquod appetere videtur, Ergo ſummum aliquod eſt bonum, in quo tota hominis natura acquieſcat.*

Quomodo definis finem illum ultimum? *est qui propter ſe expetitur, & omnia propter illum. Aliter: Finis humanarum actionum ita à Philippo definitur: Finis eſt res quam homo ſecundum rectam rationem appetit, & ad quam omnes eius actiones ſunt referendæ.*

Quare Ariſtoteles dicit juvenem non utiliter poſſe civilem ſcientiam audire? *Quia inquit actionum quæ in hac vita verſantur, imperitus eſt. Deinde quia animi affectibus, & perturbationibus ſerviat & obtemperet, ut ea, quæ in hac ſcientia præcipiuntur ad uſum transferre nequeat.*

Qualem igitur intelligit juvenem Ariſtoteles? *Non tam juvenem ætate,*

quam

2728.

quam moribus: talem opinor hominem, qui in omnibus vitæ actionibus delirantes affectus & vitia magis quam virtutis regulam ſequitur.

CAPVT III.

QVotuplex eſt finis hominis? *Duplex, Theologicus & Philoſophicus: Theologicus finis eſt vera agnitio & celebratio Dei.*

Quem finem hominis ſtatuerunt Philoſophi? *Variæ fuerunt illorum de FINE hominis ſeu SVMMO BONO ſententiæ; Nam quidam ſtatuerunt voluptatem eſſe Finem hominis, ut Epicuræi: Quidam HONOREM, ut Periander: Quidam DIVITIAS ut Cræſus; Quidam ſolā virtutem ut Stoici: Quidam Ideam ut Plato, Quidam vero actionem virtutis ut Ariſtoteles. Quidam in aliis rebus conſtituerunt.*

Quomodo probas voluptatem nō eſſe finem hominis? *hoc modo. Nulla naturalis affectio eſt finis hominis, voluptas eſt naturalis affectio, ergo. Deinde nihil quod nobis cum*

beluis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

beluis commune eſt, poteſt dici finis hominis, tale eſt voluptas. Ergo.

Eſt ne honor finis hominis? *Non eſt, quia honor non eſt proprium bonum eius cui defertur, ſed ſecundum Ariſtotelem honor magis competit honoranti quàm honorato. Summum vero bonum eſt* οἰκεῖον, *hoc eſt, proprium.*

Quomodo intelligendum eſt illud HONOR EST HONORANTIS NON HONORATI? *Qui alios honore afficit, viciſsim honore dignus cenſetur: Sic honor ſubjective & per eſſentiam eſt in* HONORANTE: *Objective vero & per cauſam eſt in honorato.*

Suntne DIVITIÆ, Finis hominis? *Non ſunt, quia bonis & malis competunt, & plures quidem ad vitia, quam ad virtutem pertrahunt.*

Eſt ne virtus finis hominis? *Non eſt, quia ejus eſſentia, habitus nempe in otioſis eſſe poteſt, ſed ſummum bonum non poteſt eſſe in otioſis, ergo virtus non eſt ſummum bonum.*

CAPUT IV. DE idea Platonica.

2728.

QVem ſtatuit Plato finem hominis ſive ſummum bonum? *Plato communem quandam omnium bonorum Ideam, à qua reliqua omnia ſingularia bona eſſentiam & noticiam ſuam habent, ſummum hominis bonum eſſe ſtatuit.*

Quid intelligit Plato per eam Ideam? *Ipſe duplicem facit Ideam; conjunctam & ſeparatam. Conjunctam appellavit contemplationem primæ cauſæ, hoc eſt, Dei, eamque hujus vitæ felicitatem ſtatuit. Separatam verò vocavit ipſam primam cauſam & mentem divinam; eamq; futuræ vitæ εὐδαιμονίαν ſtatuit.*

Quid ſentis de hac Platonis ſententia? *illa proximè ad ſacram ſcripturam accedit, ſiquidem Ioh. 17. ſcriptum eſt, hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te verum Deum & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Verùm quia Plato Ethnicus, verum Deum ignoravit eius opinio non poteſt firma haberi.*

Quare Platonis opinio ab Ariſtotele improbatur? *quia Ariſtotoles probat argumentis quibuſdam nullam talem ideam bonorum eſſe.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

Quæ ſunt illa argumenta. *PRIMVM eſt: In quibus eſt prius & poſterius, in iis nō eſt communis idea: Sed in bonis eſt PRIVS & poſterius, ergo in iis non poteſt dari communis idea. Minor probatur, quia Bonum eſt in Subſtantia, in Qualitate, & in eo quod ad al quod refertur. Subſtantia prior eſt accidētibus naturà. SECVNDVM. Bona in diverſis prædicamentis ponuntur, Ergo iis communis non eſt Idea. Ant. prob. quia eſt in ſubſtantia ut Deus & mens. In Qualitate ut virtutes. In Quantitate ut Mediocritas. In Relatione ut utilitas. In tempore ut occaſio, Et in loco ut domicilium. TERTIVM. Eorum omnium quæ una idea continentur, una etiam ſcientia eſt. Sed omnium bonorum non eſt una ſcientia, ergo neq; una idea. Minor probatur, quia quæ in diverſis prædicamentis ponuntur, iis etiam diverſa eſt ſcientia.*

Si non eſt una bonorum Idea, quomodo unum nomen Boni retinere poſſunt? *ſaltem* ἀναλογικῶς *& ſimilitudine,*

2728.

Boni enim eſt perficere & conſervare, quod enim hoc præſtat, nomen Boni meretur, ut exempli gratia, virtus & ars dicuntur bona animi, quia animum meliorem reddunt. Valetudo, pulchritudo, & robur, dicuntur Bona corporis, quia corpus conſervant & exornant.

Poteſt ne ſummum hominis Bonum in contemplatione poni, ſi concedatur eſſe communis bonorum idea?

Minimè. Nam hic agitur de beatitudine politica & practica quæ ſingulare aliquod bonum conſiderat, quod in actionibus, earumque circumſtantiis conſiſtit, idea vero Platonica nihil confert ad felicitatem politicam. Nam eſt Bonum univerſale ab actionibus remotum, in ſola contemplatione conſiſtens. Deinde hic agitur de tali Bono quod hominis induſtriâ agendo acquiri poteſt: Sed idea Platonica non poteſt ita acquiri, cum vix mente percipi poßit.

CAPVT

CAPVT V.

QVid Ariſtoteles ſtatuit eſſe ſummum hominis Bonum? *hoc liquet ex Definitione felicitatis, quæ talis eſt apud Ariſt.* εὐδαιμονία ἐϛὶν ἐνέργεια ψυχῆς λογικῆς κατ' ἀρετὴν ἀρίϛην καὶ τελειοτάτην ἐν βίῳ τελείῳ, *hoc eſt, felicitas eſt operatio animi rationalis ſecundum virtutem optimam & perfectiſsimam in vita perfecta.*

Cur additur operatio animi rationalis? *ut ſciatur hic agi de proprio hominis Bono, quod non poteſt conſiderari niſi ex propria animæ humanæ potentia, nempe ratione.*

Cur additur ſecundum virtutem perfectã? *ut hæc operatio ab aliis actionibus diſcernatur, quod non ſit promiſcua aliqua actio, ſed talis quæ ex virtute proficiſcatur.*

Quam virtutem perfectiſsimam dicis? *Quidam Prudentiam intelligunt, quia in ſingulis virtutibus rectam rationem & mediocritatem, quæ in omnibus virtutum actionibus obſervanda eſt, oſtendit. Quidam vero juſticiam, quia ſub ſe omnes alias virtutes complectitur. Poteſt quoq; quævis virtus in ſummo gradu longo uſu & crebris actionibus in animo hominis confirmata, intelligi.*

2728.

Cur additur in vita perfecta? *Quia ut conſtantes ſint virtutes, ætate & aſſuefactione opus eſt: Nam ſæpiſsime in aliquibus inchoatæ virtutes vitiis deformantur.*

CAPVT VI.

COnſentit ne definitio Ariſtotelica cum Aliorum opinione? *Maxime conſentit in quibuſdam.*

Quomodo conſentit cum iis qui voluptatem ſtatuerunt ſummum Bonum eſſe? *Non quatenus voluptas eſt eſca malorum, ſed quatenus vir bonus ex honeſtis actionibus maximam voluptatem capit.*

Quomodo conſentit cum iis qui ſtatuerunt virtutem eſſe ſummū Bonū? *Quatenus dicit actionem eſſe ſecundum virtutem, non vero nudam virtutem dicit ſummum Bonum eſſe.*

Quomodo conſentit cum iis qui in divitiis ſummum Bonum collocant? *Quatenus is qui Beatus* ἐυδαίμων *dici vult, externis habet opus bonis, tanquam ornamentis, & adjumentis ſine quibus præclaras res præſtare non poteſt.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

Cur Ariſtoteles felicitatem potius in actione virtutis quàm in habitu collocat? *Quia virtutis actio, ipſum virtutis habitum, qui in otioſis eſſe poteſt, ut dormientibus, ægrotantibus, & calamitoſis, excellit.*

CAPVT VII. DE cauſis Felicitatis.

Reſpond. Michael Chriſtopheri Crovv.

QVomodo hæc Beatitudo homini contingit? *Ariſtoteles duas ponit* εὐδαιμονίας *cauſas; Primariam Deum facit, à quo fonte omnia bona effluunt. Secundariam, Induſtriam humanam.*

Si induſtriâ Beatitudo comparari poteſt, quare Ariſtoteles vocat diviniſsimum donum? *Diviniſsimum vocatur non abſolutè, ut eſt in Deo, ſed partim Effective, ut eſt à Deo, & partim objective, quia per illam Deo maxime aſsimilamur.*

Eſt ne felicitas à fortuna? *Minime, quia fortuna eſt bruta, incerta & mutabilis, felicitas verò eſt Bonum cum ratione & virtute conjunctum, firmum & ſtabile, ergo.*

Deinde

Deinde felicitas ex honeſtis actionibus virtutis contingit, ergo non eſt à fortuna.

Res adverſæ impediunt ne felicitatem? *Minime, res adverſæ vitam beatam labefactare, non verò evertere aut tollere poſſunt. Nam vir bonus in quamcunque inciderit fortunam, tamen non mutat animum, ſed ſemper virtutis ſtudioſus manet.*

Requirit ne Ariſtoteles externa bona ad felicitatem? *Maximè: ſed non ad eſſentiam felicitatis, ſed ad ornatum. Bona enim externa ornant felicitatem, & vitam beatam, ſed non conſtituunt.*

Quomodo evincitur felicitatem humanâ induſtriâ acquiri poſſe? *Quia eſt Bonum* πολύκοινον, *quod omnes virtutem ſectantes aſſequi poſſunt, ergo ejus cauſa ſecundaria diligentia hominis dici poteſt.*

Poſſunt ne Pueri & Beſtiæ hanc felicitatem conſequi? *Minime. Pueri quia ob ætatis imbecillitatem uſu rationis careant, inepti ſunt ad actiones virtutis præſtandas, quia ad eas rectum judicium, voluntas, & firma Electio requiruntur. Beſtiæ verò quia plane ratione deſtitutæ ſunt, idcirco ſe-*

eo ſecundum virtutem agere nequeunt, ergo neq; felicitatis participes ſiunt.

CAPVT VIII.

POteſt aliquis in hac vita felix dici? *Ariſtoteles affirmat, Solon vero negat aliquem in hac vita felicem dici poſſe.*

Quomodo reconciliandæ ſunt opiniones eorum? *Hoc modo: Solon miſeriam & calamitates hujus vitæ reſpexit, propter quas neminem in hac vita felicem dici exiſtimat. Ariſtoteles verò virtutis finem conſideravit, quæ in perpetua virtutis actione conſtat.*

Rogo ergo Planum facias hominem poſſe in hac vita beatum dici? *fiat: Qui ſtrenuus eſt virtutum ſtudioſus, in hac vita beatus dicitur, ſiquidem poſt mortem virtutem non colimus: itaq; in hac vita recte Beati appellamur.*

Quid eſt Beatus? *Eſt vir moribus perfectus, qui bene vivere & mori ſerio & ſemper cogitat.*

Poteſt ne felix dici miſer? *Non poteſt, quia miſer eſt expers ingenii, abjectus animi,*

mi & plenus criminis, ſed felix eſt ſapiens, fortis, & ſemper virtutis ſtudioſus. Deinde hoc tenendum, ut divitiæ, amici, Nobilitas, BEATVM non faciunt, ita paupertas familia obſcura, deformitas, MISERVM non definiunt. BEATI enim à ſola virtute, MISERI à Solo vitio denominantur.

CAP. IX.

Fiunt ne mortui noſtrorum bonorum aut malorum participes? *Ariſtoteles hoc non plane negat: Sed ita ad eos pertinere exiſtimat, ut neq; ex noſtra proſpera fortuna & dignitate beatiores, neq; ex noſtro infortunio & calamitate miſeriores reddi poſſint. Nam nulla poſt hanc vitam* εὐδαιμονίας *in anima commutatio eſt.*

CAPVT X.

AN εὐδαιμονία ſeu felicitas dicenda laudabile bonum an honorabile? *Secundum Ariſtotelem triplicia ſunt bona,* τίμια ἀγαθὰ *ut Deus, Animus & divina bona, quæ honore digna ſunt. Deinde* ἐπαινετὰ ἀγαθὰ, *ut virtus, quæ laudem meretur feli-*

citatis gratia quæ eà acquiritur. Et Denique οὐδέτερα neutra ſeu media, ut artes, divitiæ, pulcritudo, robur, quæ per ſe neq; laudem, neque honorem merentur, quia iis abuti homo poteſt.

Quid jam ergo reſpondes ad queſtionem propoſitam? *Ex enumeratis bonis ſequitur felicitatem honorandum bonum eſſe, non verò laudabile, quia noſtrarum actionum principium & finis eſt. Honor enim tantum præſtantiſsimis rebus, ut Deo & rebus divinis debetur.*

CAPUT ULTIMUM.

QVid tractat Philoſophus in hoc capite? *Ipſe Principales animi humani potentias recitat, atq; ex ipſis poſtea virtutum diviſionem elicit.*

Quæ ſunt Principales animi humani potentiæ? *Eæ duplices ſunt, una λογικὴ rationalis: altera ἄλογος irrationalis: Rationalis ſub ſe continet ἐπιστημονικὴν, & λογιστικὴν. Irrationalis verò φυτικὴν vegetativam potentiam, & ὀρεκτικὴν appetitivam.*

Quæ

Quæ harum propriè pertinet ad Ethicum? ἡ ὀρεκτικὴ, *quia in hac doctrina docetur quomodo ira, cupiditas, odium, & alii affectus ſunt moderandi & cohercendi.*

Quomodo ex his potentiis virtutes dividuntur? *Quædam ad animum rationalem pertinent, & vocantur* διανοητικαὶ *intellectuales, quia* τὴν διάνοιαν *perficiunt. Et numerantur* Quinque ſcientia, Ars, prudentia, ſapientia, intelligentia.

Quædam pertinent ad ἄλογον, *& dicuntur* ἠθικαὶ *morales, quia ſecundum eas mores hominum conformantur, & cenſentur.*

Quot numerantur ἠθικαὶ? *Vndecim, fortitudo, temperantia, Liberalitas, Magnificētia, Magnanimitas, Modeſtia, Māſuetudo, Veritas, Humanitas, Vrbanitas, & juſticia.*

LIBER SECVNDVS.

Reſpond. Conradus Schattenbergius Flenſburgenſ. Holſatus.

CAPVT I.

QVomodo virtutes comparantur? *Virtutes* διανοητικαὶ *intellectuales doctrinà utplurimum: Morales verò uſu & aſſuefa-*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

ctione comparantur, quia ſunt in animo irrationali. Et licet δυνάμεις *earum ac principia quædam natura nobis ſubminiſtrat, tamen nobis naturà non inſunt.*

Si virtutes non nobis inſitæ ſunt naturà, ſunt ne contra naturam? *Etſi Natura virtutis habitum non ingeneravit nobis, tamen propterea non eſt contra naturam, ſiquidem natura nos aptos & habiles ad virtutem ſuſcipiendam facit. Ergo Cicero ſemina & igniculos virtutum nobis ineſſe affirmat, quæ tamen in habitum & actionem accreſcere non poſſunt ſine uſu.*

CAPVT II.

QVales erunt actiones, ex quibus virtutum habitus comparatur? *Actiones illæ debent in mediocritate conſtitutæ eſſe. Nam actiones quæ vel modum excedunt, vel à modo deficiunt, nihil poſſunt habere Rectum aut Laudabile.*

Quomodo hoc probas? *A ſimili. Quemad. Exercitia & profuſa & remiſſa nimium labefactant corporis vires. Et ut cibus & potus, ſi modum excedant, vel infra*

modum

modum adhibeantur, valetudinem offendunt: ita vitia animi in exceſſu & defectu poſita, exitium virtutibus ac interitum minitantur.

CAPUT III.

Circa quid verſatur virtus? *Commune virtutum objectum ſunt affectus, nam in his moderandis tota virtutum vis verſatur.*

Quid per affectus intelligis? *voluptatem & dolorem & alios affectus.*

An virtus verſatur tantum circa voluptatem & dolorem, an circa alios affectus? *Circa omnes affectus, Nam per voluptatem Ariſtoteles intellexit omnes ſuaves & delectabiles affectus, per dolorem intellexit omnes injucundos & triſtes affectus.*

Quomodo id probatur? *Hoc modo. Si omnis habitus verſatur circa illa ex quibus generatur & corrumpitur, tunc VOLUPTAS & dolor ſint objecta virtutum, ſed prius verum, ergo poſterius. Deinde ſic probatur, quia virtus verſatur in difficilimis, ſed affectus moderari eſt difficilimum, ergo, verſatur in affectibus.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

Vtrum difficilius eſt reſiſtere voluptati quam iræ? *Difficilius eſt voluptati reſiſtere, quia eſt nobiſcum congenita, & in nobis altiores radices egit, ira verò non item. Deinde voluptas eſt jucunda & ſuavis, ira verò eſt injucunda & moleſta. 3. voluptas totum occupat corpus: at ira tantum partem, quia nihil aliud eſt quam ſanguinis circa cor ebullitio.*

CAPVT IIII.

AN qui juſta agit, juſtus eſt dicendus? *Minime, ſed res juſtas agendo juſtitiæ habitum acquirimus; Nam requiritur ut non ſolum agas juſta ſed juſtè, quod ſane tum feceris, ſi ſponte, ſcienter, & conſtanter agas.*

Quid intelligit Ariſtoteles per vocem juſtum & juſtè? *Vt in priori capite per voluptatem & dolorem intelligit omnem affectum, ita per juſtum & juſtè, hic omnem virtutem intelligit.*

Poteſt ille qui nondum factus eſt juſtus, juſtas actiones agere, Cum nemo ante Latinè loqui dicitur, niſi qui ante ſit grammaticus? *Vt in artibus, ita in virtutibus res ſe habet. Quemadmodum nemo dici poteſt Grammaticus,*

2728.

nicus, niſi qui ex artis habitu, quem ſibi longo uſu comparavit Latinè loquitur. Sic nemo juſtus, temperans, aut fortis dici poteſt, niſi qui harum virtutum habitum crebris exercitiis ſibi comparavit.

Eſt ne Cambyſes propter excoriatum judicem juſtus dicendus? *Minime, quia non juſtè, hoc eſt, ſtudioſo animo hoc ipſum non egerit.*

Quot requirit Ariſtoteles ad virtutis actionem? *Tria præcipue, voluntatem quæ incipit actionem, ſcientiam quæ gubernat, & conſtantiam quæ eandem perficit.*

Sunt ne hæc in artibus & operibus conſideranda? *Nullo modo, quia opera artium & artificum ex perſona agentis conſiderantur: Non enim in illis quà animi intentione, quo fine, aut quà affectione opus fecerint, ſpectatur, ſed tantũ utrum opus illud artificiosè factum ſit.* In artibus opus commendat artificem: In virtutibus animus & perſona agentis commendat actionem.

CAPUT V.

QVid eſt virtus? *eſt habitus electivus, in mediocritate ea quæ nos reſpicit, poſitus,*

& ratio-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

ratione definita, ſicut vir prudens eam definiret.

Quare dicitur habitus? *Quia eſt qualitas quæ multis honeſtis actionibus comparatur*

Quomodo probas virtutes non eſſe potentias naturales? *Potentiæ naturales nobiſcum ſunt congenitæ, hoc eſt: à natura nobis inſunt, virtutes vero & vitia crebro uſu comparantur & non natura nobis inſunt. Sed hoc tantummodo philoſophicè intelligendum, quatenus vitia dicuntur habitus longo uſu acquiſiti, non vero theologicè, cùm theologia nos in peccatis conceptos doceat.*

Poſſunt ne dici affectus? *Minime, quia ex affectibus neq; boni neq; mali dicimur, ſed ex ſolis virtutibus. Deinde quia propter affectus neq; laudamur, neq; vituperamur, ſed propter virtutes & vitia.*

Quomodo ergo intelligendum illud Philoſophi Mediocriter iraſci eſt virtus? *Philoſophus non ſimpliciter virtutem eſſe affirmat, ſed ſaltem oſtendit mediocriter iraſcentes bene affectos eſſe: Affectus enim moderatione virtutis laudabiles ſunt,*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

ut verecundia in juvene, miſericordia in Judice.

CAPUT VI.

QVare neceſſe eſt virtutem eſſe in mediocritate? *Quia omnis perfectio & bonitas judicatur ex mediocritate, idcirco quæcunque actiones à mediocritate recedunt, vitioſæ æſtimantur, quia plus aut minus quam oportet, habent.*

Quomodo intelligendum eſt illud *VIRTVS in MEDIO CONSISTIT?* *Hoc modo, virtus cōſiſtit in MEDIO rationis quam dirigit, in MEDIA affectionis quam ſupprimit, in Medio vitioſitatis quam tollit & extinguit: Eſt enim NORMA Rationis, habena affectionis, fuga vitiorum, Proprium enim Munus & officium virtutis eſt, eum, in quo ſit perficere.*

Vtrum *VIRTVS* eſt in *MEDIO*, an eſt ipſum Medium? *Virtus non ſolum eſt in Medio, ſed etiam definitur ab Ariſtotele ipſum MEDIVM. IN MEDIO eſt, ut reſpicit objecta, ipſum vero MEDIVM eſt, ut reſpicit extrema.*

Quo-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

Quotuplex eſt *MEDIOCRITAS?* *Duplex RERUM, quæ & mediocritas Arithmetica dicitur, & PERSONARUM, quæ Geometrica dicitur.*

Quid eſt *MEDIOCRITAS* Rerum? *Eſt ut definit Ariſtoteles, quod æqualiter abeſt ab utraq; extremitate ſecundum proportionem Arithmeticam. Hoc medium ſemper unum & idem eſt, eodemq; ſe modo ad ſua extrema habet, ut Centrum in circulo.*

Quid eſt *MEDIOCRITAS* Perſonarum? *Quod nec tranſit modum in exceſſu, nec deſerit in defectu, nec deniq; unum idemq; apud omnes valet: Eſt enim cuiq; Perſonæ pro ratione circumſtantiarum, Loci, temporis, &c. accommodata.*

Qualis nam medietas eſt in virtute? *In virtute Medietas Arithmetica, quæ immutabilis eſt, non habet locum: Sed Medietas Geometrica, quæ latior eſt, quæ propter diverſas ſubſtantias varia eſt. Nam ſi virtus eſſet immutabile MEDIUM, præciſè tantum pauperrimus erogare teneretur in uſum magiſtratus, quantum opulentiſſimus.*

2728.

Cur ea mediocritas in virtute locum habet?
Quia virtus non æqualiter à ſuis extremis diſtat, ſed interdum uni proximior eſt, alteri remotior, ſed interdum cum uno, interdum cum altero extremo majorem cognationem habet. Deinde quia virtus ſe accommodat circumſtantiis, in quibus omnis vis actionis verſatur.

Si Medietas mutabilis in virtute eſt, num ergo in ſua eſſentia mutabilis? *Non, quamvis virtus eſt Medium quod mutari poteſt, non tamen in habitu & eſſentia, ſed in modo & exiſtentia illam mutari oportet, habitus enim idem & immutabilis manet: acquirendi verò & agendi modus, ſecundum eundem habitum ſæpe mutatur.*

Cur additur ut vir prudens eam definit? *Quia non eſt cujuſvis hominis MEDIUM definire, ſed tantum viri prudentis, qui ſolus ex longo rerum uſu in omnibus actionibus, quid ſingulis Perſonis, Locis, Temporibus, & aliis circumſtantiis conveniat, intelligit.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

Si virtus eſt Mediocritas cur vocatur extremitas? *Virtus ſi conſideretur ſecundum ſuam naturam & eſſentiam vocatur Mediocritas, Si ſecundum ſuam qualitatem, id eſt, bonitatem & perfectionem, dicitur extremitas: quia ipſa inter res humanas ſummum locum in ORDINE bonorum obtinet.*

Poteſtne Medium aliquod dari in affectibus & actionibus pravis? *Non, quia cùm per ſe ſunt malæ, nunquam Mediocritate poſſunt fieri bonæ, ſiquidem vitioſitas illa non pendet ex exceſſu aut defectu, aut aliis circumſtantiis, ſed ex ipſa Natura.*

CAPUT VII.

AN una tantum eſt virtus vel ſunt plures? *Ariſto cum aliis quibuſdam item Zeno ſtatuerunt unam eſſe virtutem quo ad eſſentiam, eamque varia ſortiri nomina pro variis objectis, quibus accommodatur.*

Quid judicas de hac opinione? *illa non prorſus rejicienda eſt, cum enim omnes*

vir-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

2728.

virtutes ex recta ratione ortum ducunt, quæ tantummodo una eſt; verum Plato, Cicero, Ariſtoteles, & alii virtutum naturam penitius aſpicientes, eam in plures ſpecies diviſerunt.

Quot ſunt ſpecies virtutum ſecundum Platonem Ciceronem & Senecam? *Quatuor ſunt primariæ virtutes, ad quas reliquæ omnes referri poſſunt, nempe* Prudentia, Iuſtitia, Fortitudo, & Temperantia.

Ad prudentiam, referuntur ſapientia, Scientia, Intellectus & Ars.

Ad Iuſticiam, Liberalitas, Magnificentia, Gratitudo, Pietas, Veritas, & obſervãtia.

Ad Fortitudinem, Magnanimitas, Confidentia, Patientia, Conſtantia, & Tolerantia.

Ad Temperantiam, Continentia, Caſtitas, Abſtinentia, Sobrietas, Modeſtia, Manſuetudo, Humanitas, & Vrbanitas.

Sed Ariſtoteles tantum in his libris recenſet undecim Virtutes Morales, de quibus ſupra in primo libro dictum eſt, eas igitur hîc reſumere deſino.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

Suntne verecundia & indignatio virtutes? *Non ſunt, quia non ſunt animi habitus ſtudio & exercitatione comparati, ſed ſaltem ſunt ſubitanei quidam motus, præter noſtram voluntatem excitati.*

CAPUT VIII.

Qualis eſt oppoſitio Medii & extremorum, hoc eſt, virtutis & vitiorum? *Virtus ſuis extremis non ſimpliciter, ſed tantum ratione* τῆς ὑπεροχῆς, *id eſt, exuperantiæ, opponitur, quatenus nimirum ab uno ſuperatur, alterum verò ſuperat. Nam virtus cum vtroq; extremo aliquam ſimilitudinem habet, non tamen eodem modo, ſed cum uno majorem, cum altero minorem.*

Vtrum major eſt ἀντίθεσις vel pugna vitiorum inter ſe, an virtutis cum vitiis? *Maior videtur eſſe pugna vitiorum duorum inter ſe, quàm virtutis cum vitiis. Quia longius diſtat unum ab altero, quàm utrumq; à MEDIO, hoc eſt, à virtute: ut longius diſtat prodigalitas ab avaritia, quàm à liberalitate. Sic propius audacia accedit ad fortitudinem, quàm metus.*

Sed quæ eſt affectio vitiorum erga virtutem? *Vitia non pari ratione virtuti opponun-*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

2728.

tur, ſed unum magis, alterum verò minus: aliquando exceſſus, aliquando verò defectus.

Vtrum exceſſus vel defectus virtuti magis adverſatur? *Sciendum in omnibus vitiis non eſſe æqualem rationem, propterea interdũ exceſſus, interdum defectus, virtuti magis adverſatur. Sed quia EXCESSVS plus nocere poteſt, & minus corrigi quàm Defectus, ergo diligentius Exceſſum quàm Defectum caveamus: juxta conſilium Iſocratis, Potius debes eligere Defectum quam Exceſſum. Et Cicero dicit, Etſi ſuus cuiq; modus eſt, tamen magis offendit NIMIVM quàm PARVM.*

CAPUT ULTIMUM.

QVæ eſt Ratio inveniendi MEDIVM? *Hoc Medium ut facilius à nobis inveniri poſſit, tria præcipuè ſunt obſervãda. PRIMO, ut ab illo extremo, quod Medio magis adverſatur, ſummà diligẽtià recedamus. DEINDE ad quæ vitia naturà ſumus propenſiores, ab iis ſtudioſius declinemus, & ad contrarium contendamus. TERTIO: in omnibus actionibus caveamus, ne quid voluptatis gratia ſuſcipiamus.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

QUAESTIONES

LIBER TERTIUS.

Reſpond. Iohannes Hojerus Hafnienſis.

CAPUT I.

Quotuplex eſt actio? *Triplex voluntaria, violenta, & mixta.*

Quid eſt voluntaria actio? *Eſt quæ voluntatem hominis ſuum principium & cauſam habet.*

Quid eſt violenta? *Cujus principium externum tale eſt, cui agens vel patiens renitendo non poteſt obſiſtere: ut ſi navis ad ſcopulum vi ventorum alliditur.*

Quid eſt mixta actio? *Eſt quæ partim INTRINSECUS à voluntate, partim EXTRINSECUS à vi fieri videtur: ut ſi quis exorta tempeſtate bona ſua ejecerit, reſpectu voluntatis, voluntaria actio dicitur, reſpectu verò tempeſtatis, violenta.*

Si quis Latroni mille thalerorum promiſerit, ut cum vita evadat, qualis illa actio dicenda? *Dicenda eſt voluntaria, quia etſi terrore coactus hanc promiſerit pecuniam, ta-*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

men quia ex libera voluntate promiſsio facta eſt, voluntaria actio dicenda, Elegiſti enim damnum ut vitam redimeres.

Sed ut hoc melius intelligam, rogo definias mihi ſpontaneum, Invitum, & violentum? *Fiat: ſpontaneum* τὸ ἑκούσιον, *dicitur cujus principium eſt in agente, & omnes actionis circumſtantias ſciente.*

INVITUM, dicitur quod vel vi coacto ſuſcipitur, aut per ignorantiam admittitur. VIOLENTUM, eſt cujus principium foris eſt, nihil conferente eo qui agit aut patitur.

Quotuplex eſt violentum? *Duplex, vel eſt abſolute violentum: vel eſt mixtum, cum id quod nunquam ſuſciperemus, tamen aliquando vel ob inſigne aliquod bonum conſequendum, vel majus malum evitandum aggredimur.*

CAPUT II. DE ignorantia.

MEretur ne omnis ignorantia excuſationem & veniam? *Non, diſtinguendum eſt enim inter* Ignorans agere,

& per ignorantiam agere. Ignorans *agere dicitur is, cui non ipſa ignorantia eſt cauſa malæ actionis, ſed aliud quoddam quod ignorantiam induxit, ut in Ebriis, Ebrietas.* Per Ignorantiam *verò agere dicitur ille, cui ſimpliciter ipſa ignorantia fuit cauſa malæ actionis; & ipſe veniam meretur, modò facti ſui pœnituerit.*

Quotuplex eſt ignorantia? *Duplex univerſalis, quæ aliàs dicitur Ignorantia IVRIS. Et Particularis, quæ dicitur FACTI.*

Quid eſt ignorantia Ivris? *Cum aliquis finem ſuæ actionis ignorat. Vel cum quis voluntariè peccat, nolens inquirere ea, quæ neceſſe eſt ſcire, de jure, & facto: ut ÿ qui nolunt inquirere veram doctrinam de Deo, de perſona Chriſti, de Sacramentis, prædeſtinatione.*

Meretur ne hæc ignorantia Iuris veniam? *Non, quia omnes homines jus divinum & naturale ſciant.*

Quid eſt ignorantia Facti? *Cum ignoramus ſingulares quaſdam circumſtantias, in quibus totius actionis vis præcipuè ſita eſt: quas agens ante actionem non potuit prævi-*

2728.

dere aut præcavere. Vel cum quis neſciat ea, quorũ inquiſitio non eſt ſui officii propria.

Excuſat ne ignorantia facti in Ebriis? *Non, ſed graviter reprehendenda eſt, quia cum Ebrius peccat, fit turbatione cerebri, quæ voluntariè accerſita eſt.*

Actiones, quæ ex affectibus proficiſcuntur, dicendæ ne ſunt voluntariæ? *Maximè, nam quicquid aliquis ira, odio, amore, vel metu impulſus admittit,* ἑκουσίως *ſeu voluntariè facere dicitur, quia nullam moleſtiam ſeu dolorem afferunt, ſed plærunq; delectationem habent.*

Pueri & beluæ agunt ne ſponte? *Spontaneum dupliciter accipitur, primo pro actione à principio activo cum perfecta finis cognitione manante, & ita de iis negatur. Deinde pro actione à principio activo cum imperfecta finis cognitione fluente, & ſic poteſt concedi.*

CAPUT III.
de Electione.

QVid eſt Electio? *Eſt, ut definit Ariſtoteles, præmeditata appetitio eorum, quæ*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

in noſtra poteſtate ſunt, aut quæ per nos fieri poſſunt.

Eſt ne προαίρεσις electio, idem quod voluntas? *Non, quia voluntas circa ea ſæpe occupatur quæ fieri nequeunt; Electio verò eſt eorum quæ in noſtra ſunt poteſtate. Deniq. voluntas eſt potentia, Electio verò eſt actus quidam ipſius voluntatis.*

Eſt ne Electio idē quod ira aut cupiditas? *Non, quia Electio ſemper conjuncta eſt cum ratione & conſilio. Ira verò & cupiditas non item, quia iſtis affectibus ſæpe exæſtuant beluæ.*

Eſt ne Electio idem quod δόξα opinio? *Minime, quia Electio tantum earum rerum eſt, quæ in rerum natura exiſtunt. Opinio verò de omnibus rebus eſſe poteſt, ſive ſunt, ſive non ſunt. Deinde Electio diſcernitur bonitate & pravitate rerum agendarum: Opinio verò veritate aut falſitate. Denique Electio eſt rerum certarum, quarum noticia aliquo modo certa nobis eſt: opinio verò eſt rerum incertarum, quarum cognitionem nondum firmam habemus.*

CAPVT

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

2728.

CAPVT IIII.
de Deliberatione.

Reſpond. Olaus Ericius Suecus.

QVid eſt βούλευσις deliberatio? *Eſt ut definit Ariſt. diligens animæ cogitatio de rebus agibilibus.*

An omnia in conſultationem cadunt? *Negat Ariſtoteles, nam ea de quo ſtolidus aliquis aut inſanus conſultat, non veniunt in deliberationem, ſed tantum ea de quibus mentis compos conſultat.*

Dic clarius id? *Ea quæ humanà ratione atq; induſtrià nec conſequi nec effici, nec averti, nec mutari poſſunt, in deliberationem non veniunt.*

Quæ verò res cadunt in deliberationem? *Tantùm humana negotia quæ in vita agenda ſunt.*

Quid in deliberatione obſervandum? *Tria præcipue. I. Vt in rebus gravibus & arduis conſultores adhibeamus: nam unus non omnia videt. Deinde in deliberatione, certum nobis proponamus finem, ad quem tanquam metam totam conſultationem refe-*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

ramus. 3. ut Media conſequendi finis conſque pertexantur, donec ad illud perveniatur ultimum, quod ſit ἄμεσον & immediatè poſſit apprehendi, tum ut omnia conſultandi media retexantur ordine, donec ultimum finem ac bonum conſequamur.

CAPUT V.
de Voluntate.

QVid eſt voluntas? *eſt, ut definit Philoſophus, Boni vel veri, vel apparentis, cum ratione appetitio.*

Quod eſt objectum voluntatis? *Pythagorei dixerunt apparens Bonum. Stoici verum Bonum. Peripatetici tàm verum, quàm apparens Bonum ejus objectum affirmarunt.*

Quare Peripatetici ita ſtatuunt? *Quia nemo mentis compos appetit Malum, quatenus eſt Malum, quod ſuum ſubjectum, in quo inhæret, corrumpit.*

Eſt ne idem Bonum & Malum omnibus? *Minime: Nam quiſq; ex ſuo habitu de Bono & Malo judicat: itaq; viro bono id Bonum & malum eſt, quod revera tale eſt,*

quia

2728.

quia ipſe ſecundum rectã rationem judicat. Viro verò Malo ex voluptate depravatâ judicante, id Bonum & malum eſt, quod tale revera non eſt.

CAPVT VI.

De libertate voluntatis.

HAbet ne homo liberam voluntatem in Bono & malo faciendo? *Stoici negant: quia omnia fatali quadam neceſſitate evenire aſſeverant. Platonici verò concedunt hominem habere liberam voluntatem in Bonis: Ad malas verò actiones ipſum invitum trahi ajunt.*

Quid reſpondet Ariſtoteles ad hanc quæſtionem? *Ariſtoteles affirmat non ſolùm virtutes, ſed etiã vitia in hominis poteſtate eſſe.*

Eſt ne eadem voluntatis libertas Bene & male agendi in omnibus? *Nequaquam, nam in ijs, qui ſibi habitum bonum vel malum acquiſiverunt, res aliter ſe habet, quia non poſſunt aliter velle aut agere, quàm ſecundum eum habitum, quem ſibi longa aſſuefactione, & crebris exercitiis compararunt.*

Quomodo intelligendum illud Platonis. Nemo eſt ſponte malus & improbus?

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

Plato hoc dicto homini libertatem voluntatis in malis non derogat, ſed tantum indicat rectam rationem in malis actionibus invitè quodammodo, & contra naturæ ordinem vitioſo appetitui ſubjici, & ad delinquendum impelli, & ſic vera eſt: Sin verò hoc voluerit: homines contra ſuam voluntatem peccare, eorumque delicta prorſus eſſe invita ἀκούσια*: falſa eſt ſententia.*

Quid cenſes de iis qui culpam in fatum transferunt, ut ſervus Zenonis, quique ſe aliter agere poſſe, negant? *Etſi omnis ex ſuo habitu agit, ſive iſte bonus, ſive malus fuerit: tamen peccata ejus non poſſunt dici invita; Nam ut iſti habitus voluntariè acquiſiti ſunt, ita peccata ex iis promanantia etiam voluntaria dicenda.*

De quibus actionibus hactenus diſſeruiſti? *De actionibus civilibus & externis, humano arbitrio ſubjectis, & ad hanc vitam momentaneam pertinentibus, non verò de ſpiritualibus, ad æternam vitam pertinentibus, in quibus voluntas noſtra cœca & captiva eſt.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

2728.

CAPVT VII. DE Fortitudine.

Reſpond. Nicolaus Erici Danus.

Hactenus de virtutum cauſis & effectibus in genere, nunc in ſpecie dicamus.

QVid eſt fortitudo? *Eſt ut definit Ariſtot. mediocritas circa metum & fiduciam: hoc eſt, eſt virtus quæ in rebus malis nos animoſos reddit.*

Circa quid verſatur? *Circa pericula, & maxime circa mortem bellicam, quæ omnium malorum maxime terribilis.*

Cur mors bellica ejus objectum eſt? *Quia hæc mors omnium honeſtiſsima eſt, quæ pro patriæ defenſione, religionis, & libertatis ſuſcipitur.*

Qui ſibi violentas manus afferunt, ſuntne fortes nominandi? *Minime, quia non honeſtatis, aut publicæ utilitatis gratia, ſed tantum impatientia mortem ſibi conſciverunt. Ergo potius Molles dicendi.*

Qui ira aut dolore impulſi pericula adeunt, ſuntne fortes dicendi? *Nequaquam: quia ſi illi fortes appellandi, qui ira commoti,*

aut

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

aut alia perturbatione ducti periculis ſe offerunt : tum Bruta quoq; fortia appellanda ſunt, ſed hoc abſurdum, ergo & illud.

Milites mercenarii, qui exigui ſtipendii gratia pericula adeunt, ſunt ne fortes dicendi? *Nequaquam, quia illi ſaltem temerè & ſine ratione exigui lucri, non verò honeſtatis cauſa, periculo ſe exponunt.*

Licet ne forti mortem metuere? *Maxime, quia eſt vita digniſſimus, nam pluribus ſua virtute prodeſſe poteſt, dum ſupereſt.*

Quæ ſunt extrema fortitudinis? *Audacia in exceſſu, & timiditas in defectu.*

Quomodo differunt fortes & audaces? *Fortes cum ratione periculis ſe offerunt, Audaces verò temerè. Deinde fortes in periculis ſunt conſtantes. Audaces verò inconſtantes. Tertio fortes ſunt quieti & ſtrenui in periculis. Audaces verò clamoſi, minaces, & in ipſo periculo animum deſpondent, & terga vertunt.*

Recita dicta inſignia de fortitudine? *Cic. 1. off. fortes & magnanimi habendi ſunt, non qui faciunt, ſed qui propulſant injuriam. Livius. Pro aris focisq́; & Deorum tēplis, & SOLO, in quo nati ſumus, dimicandum*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

2728.

dum. Senec. Pacem cum hominibus habebis, cum vitiis bellum.

CAPUT VIII.
De Temperantia.

QVid eſt temperantia? *Eſt mediocritas circa voluptates & dolores: h. eſt, eſt virtus in cibo potu & aliis voluptatibus mediocritatem ſervans.*

Quod nam eſt ejus objectum? *Voluptas corporis, guſtum & tactum afficiens.*

Nonne voluptates animi poſſunt dici objectum temperantiæ? *Nullo modo, quia propter eas, nemo propriè & per ſe temperans, & intemperans dici poteſt: licet in iis modus ſervandus eſt.*

Quotuplices ſunt voluptates corporis? *Duplices naturales & accidentariæ. Naturales, quæ non ſolùm homini, ſed etiam brutis naturaliter competunt, ut voluptas cibi, potus & veneris.*

Accidentariæ, quæ ex alia quadam affectione, morbo, vel conſuetudine oriuntur.

Quæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

Quæ ſunt extrema temperantiæ? ἀκολασία *intemperantia, cum quis ſectatur quaslibet voluptates, & inter eas maxime turpes. Et* ἀναισθησία *ſtupiditas, cum quis omnes voluptates, tam honeſtas quã inhoneſtas aſpernatur.*

Vtrum intemperans vel timidus magis delinquit? *Intemperans majore repræhenſione dignus, quia ipſe ultrò intemperanter agit: timidus verò metu periculi, animum turbatum habet, inſcius & invitus aliquo modo videtur agere, aliter quam propoſuerat.*

Recita inſignia dicta de hac virtute? *Cic. de Senect. Tantum cibi & potionis adhibendum, ut reficiantur vires, non ut opprimantur.*

SENECA. Hanc ſanam & ſalubrem formam tenete vitæ, ut corpori tantum indulgeatis, quantum bonæ valetudini ſat eſt.

Idem: optimus eſt modus cupidorum, non quantum velis, ſed quantum debeas, ſumendum.

OESOPVS dixit: primum poculum pertinere ad ſitim, ſecundum ad hylaritatem. Tertium ad inſaniam.

2728.

CALLISTHENES reſpondit Alexandro Magno offerenti ſibi poculum ingens exſorbillandum. Nolo Alexander bibendo committere, ut cras mihi ſit opus AEſculapio, hoc eſt, Medico.

LIBER IIII.

Reſpond. Daniel Marchort Iglavienſis Moravus.

CAPUT I.

De Liberalitate.

QVid eſt liberalitas? *Eſt virtus, quæ in dandis & accipiendis pecuniis, cæteriſque rebus quarum precium nummo æſtimari conſuevit, mediocritatem ſervat.*

Quæ ſunt objecta Liberalitatis? τὰ χρήματα *pecuniæ, & aliæ res quæ pecuniâ æſtimantur.*

Cur pecuniæ hujus objectum ſtatuuntur? *Quia propter earum rectum uſum liberalis ſolummodo commendatur: propter abuſum verò prodigus & avarus culpatur.*

Vtrum in dando potius quàm in accipiendo conſiſtit liberalitas? *Liberalitas magis in dando, quàm in accipiendo verſatur.*

Quomodo id probas? *Quia virtutis proprium eſt magis beneficia in alios conferre, quàm ab aliis accipere.*

Quare exercenda eſt liberalitas? *Tantummodo honeſtatis gratia; qui enim oſtentationis, favoris, vel gratiæ conciliandæ causà liberalitatem exercet, liberalis non eſt dicendus.*

Quid conſiderandum in liberalitate? *Hæ circumſtantiæ, Perſona quantitas, qualitas, Tempus, & Locus.*

Quid de Perſona tenendum? *Vt Dator hylari animo & ſine moleſtia det, non tamen indifferenter cuivis, ſed dignis & quos oportet.*

Quantum dandum? *Pro ratione facultatum, ne liberalitas ſit major quàm facultas.*

Quomodo æſtimandum beneficiũ? *Non ex magnitudine, ſed ex animo & facultatibus dantis, & commoditate accipientis.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

Quid de tempore & loco tenendũ?
Tempeſtivè, & ut Ariſtoteles loquitur, ubi honeſtum fuerit, dandum eſt.

Quæ ſunt extrema liberalitatis?
Duo, ἀσωτία prodigalitas in exceſſu, cum quis accipit parum, & nimium erogat. Et avaritia in defectu, cum quis in dando deficit, & in accipiendo modum excedit, ut turpi lucro dediti, αἰσχροκερδεῖς.

Vter melior prodigus an avarus?
Prodigus avaro melior, quia omnibus prodeſt: Avarus autem ne ſibi ipſi bonus eſt.

Recita dicta inſignia huius virtutis?
Prov. 28. Qui dat Pauperi, non indigebit, & qui deſpicit deprecantem, ſuſtinebit penuriam. Cic. 2. offic. Non ita claudenda eſt res familiaris, ut eam benignitas aperire non poßit, nec ita reſeranda, ut pateat omnibus. Terent. in Adelph. Pecuniam in loco negligere, maximum interdum eſt lucrum.

CAPVT II.

De Magnificentia.

QVid eſt Magnificentia ? *Eſt virtus quæ mediocritatem in magnis ſumtibus recte faciendis ſervat.*

Quod nam ejus eſt obiectum ? *Pecunia.*

Quomodo differt à liberalitate? *Liberalitas verſatur circa mediocres expenſas; Magnificentia circa parvas.*

Poteſt ne pauper dici liberalis ? *Non poteſt, quia requiritur ut Magnificus non ſolum opibus rectè acquiſitis abundet, ſed etiam genere, virtute, dignitate, & authoritate alijs antecellat.*

Quid magnificus maximè conſiderare debet? *Ne magnos ſumtus in rebus parvi momenti faciat, ſed in neceſſariis rebus, publicis & privatis, tamen ſuarum facultatum habita ratione. Deinde non oſtentationis, ſed honeſtatis gratia ſumtus faciat.*

Quæ ſunt ejus extrema ? *Immanis profuſio in exceſſu, qualis Cleopatræ fuit. Et Sor-*

dida

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

dida parſimonia in defectu, qualis Midæ Regis fuit.

Recita dicta inſignia hujus virtutis? *Cic. 1. off. Atq; etiam illæ impenſæ meliores ſunt, muri, navalia, portus, aquarum ductus, omniq; quæ ad uſum Reipub. pertinent. Valer. Max. 5. lib. æque virtutis eſt, & bona patriæ auxiſſe, & ejus mala in ſe transferre voluiſſe.*

CAPUT. III.

De Magnanimitate.

Reſpond. Conradus Schattenbergius Sleſvicenſis.

QVid eſt Magnanimitas? *Eſt virtus quæ mediocritatem ſervat in magnis & debitis honoribus moderatè vel expetendis vel contemnendis.*

Quæ ſunt obiecta Magnanimitatis? *In genere verſatur circa ea, quæ in omnibus actionibus magna videntur. In ſpecie circa Magnos honores.*

Quare honor eſt obiectum magnanimitatis? *Quia honor Soli Deo debetur, & iis perſonis, quæ inter homines Dei vi-*

nes gerunt, ut ſunt Parentes, Magiſtratus, Præceptores.

Quis rectè poteſt dici magnanimus? *Qui animum appetendi magnos honores habet, cùm talibus ſe dignum judicet.*

Quæ ſunt eius extrema? *Superbia in exceſſu, quà majores honores nobis arrogamus, quàm digni ſumus. Et in DEFECTV PVSILLANIMITAS, quà honoribus meritis nos indignos judicamus.*

Recita inſignia dicta huius virtutis? *Proverb. 29. Superbum ſequitur humilitas, & humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria.*

Senec. IN SECVNDIS nemo confidat, in adverſis nemo deficiat, alternæ ſunt vices rerum. Curtius lib. 8. Si homo es, id quod es, ſemper te eſſe cogita. Philippus Macedonum Rex Puerum aluit, qui ſingulis diebus ter ei occineret, ut hominem ſe eſſe recordaretur, ne proſpero fortunæ afflatu elatus, altius quàm par eſt, ſe extolleret.

CAPUT

2728.

CAPUT IIII.

De Modeſtia.

QVid eſt modeſtia? *Eſt virtus quæ mediocritatem ſervat in parvis honoribus nobis debitis expetendis.*

Quomodo differt á magnanimitate? *Vt magnanimitas verſatur circa magnos honores: ita Modeſtia circa mediocres.*

Quæ ſunt eius extrema? φιλοτιμία *ambitio in exceſſu, quà honores parvos præter meritum expetimus. Et* ἀφιλοτιμία *honoris contemtus, quà honores noſtrà virtute & induſtrià meritos, præter rationem aſpernamur.*

Quis rectè poteſt dici ambitioſus? *qui nimium gloriæ cupidus eſt, & in iis rebus gloriam ſectatur, ubi nullam promeruit, uti thraſones faciunt.*

Quis rectè poteſt dici ἀφιλότιμος? *qui omnem debitum honorem rejicit; quod fit partim ſuperbià, partim ſocordià, quia nulli ſuis laboribus inſervire velint, Sed talentum ſibi à Deo datum, & concreditum terræ committunt.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

Peccat ergo is qui honoris titulum contemnit? *Maximè. Primò in ſeipſum, quia ſe iis honoribus ſpoliat, quibus propter virtutem dignus eſt. Deinde peccat in alios, quia dona illa, quibus à Deo ornatus eſt, & quib. aliis prodeſſe poteſt, aſpernari videtur.*

Licet ergò petere honorem? *Maximè, modo omnis ambitio abſit, & ſolius Reipub. cauſa ſit. Nam virtus ſecundum Ciceronem, nullam aliam mercedem laborum & periculorum deſiderat, præter laudis & gloriæ.*

Contra. Chriſtus Matth. 23. v. 8. & 10. dicit. Ne vocemini Rabbi, & ne vocemini Doctores. *Ergo illi honoris tituli non ſunt petendi. R. Chriſtus eo in loco nihil agit de iis honorum gradibus, qui ſolent in Academiis honeſtis & eruditis viris propter virtutem & eruditionem conferri, quia ipſe alibi jubet ut honorem tribuamus iis, qui honore digni ſunt. Sed damnat ſaltem vanam Phariſæorum & ſcribarum arrogantiam, quâ ab omnibus honorari, & Doctores atq. Magiſtri ſacrarum literarum ... ſalutari ambierunt.*

2728.

CAPVT V.
De Manſuetudine.

Reſpond. Iohannes Michaelius junior Danus.

QVid eſt manſuetudo? *Eſt virtus quæ mediocritatem ſervat circa iram in vindicando & puniendo.*

Quodnam eſt eius obiectum? *Ira, ejusq́; iræ materia ut offenſiones, damna, injuriæ.*

Quis rectè poteſt dici manſuetus? *Qui affectus ſuos moderari novit, ne quid in ira contra virtutem peccet.*

Licet ergo iraſci? *Maximè, ſed propter juſtas & magnas res, Deum, Religionē, & honorem noſtrum concernentes, non verò propter leves res.*

Quando quis in ira delinquit? *Primò cùm quis amicis ſuis aut bonis viris iraſcitur, ſiquidem improbis petulanter peccantibus tantùm iraſcendum. Deinde cum quis importunè iraſcitur, nempè tempore lætitiæ, aut in conſultationibus, aut in delictis*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

puniendis. Tertiò, cùm quis iram diu alit, ex quà multa mala cauſari poſſunt.

Quid colligendũ ex his, qui citò iraſcuntur?
Qui citò offendũtur, homines moroſi, bilioſi, & ſtolidi ſunt, qui ſeipſos regere nequeant, nec inter jocos, & ſerios ſermones, honeſtatem, & turpitudinem diſcernere poſſunt: Sed puerile ſuum ingenium oſtendunt, idcirco publicis negotiis inepti judicantur.

Quæ ſunt ejus extrema? ἀοργησία, *iræ vacuitas, ſeu lentitudo in defectu, quà ad juſtas cauſas ne quidem irà commovemur. Et* ὀργιλότης *iracundia in exceſſu, quà præter modum abſq; juſtis cauſis iræ indulgemus. Hujus tres ſpecies ſunt* ἀκροχολία *excandeſcentia, quando ſubitò quis iraſcitur:* πικρότης *quandò tardius. Et* βαρυθυμία, *quando ſine ultione placari quis nequit.*

Recita inſignia dicta de Manſuetudine?
Proverb. 16. In hilaritate vultus, Regis vita, & clementia ejus quaſi imber ſerotinus.

Seneca Maximum iræ remedium eſt mora. Idem, Non minus principi multa ſupplicia turpia ſunt, quàm Medico multa funera.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

Cic. Nihil enim laudabilius, nihil magno & præclaro viro dignius, placabilitate & clementia.

CAPVT VI.
De Comitate.

QVid eſt Comitas? *Eſt virtus in ſermonibus quotidianis eam ſervans mediocritatem, ut neminem offendat, ſed eos honeſtè oblectet, cum quibus converſetur.*

Quod eſt eius obiectum? *Ioci liberales, & eruditi.*

Quid in quotidiana converſatione tenendum? *Vt omnem fugiamus moroſitatem, & eos, cum quibus converſamur, honeſtis jocis oblectemus.*

Licet ergò jocari? *Maximè, quia joci & ſales animum & cor hominum ſuaviter recreant, & ad lætitiam excitant. Proverb. 17. animus gaudens ætatem floridam facit, ſpiritus autē triſtis, oſſa exſiccat. Syra. 30 Iucunditas cordis eſt vita hominis.*

Licet cum omnibus indifferenter jocari? *Nullo modo, non enim nimis audax ſis in jocando cum præſtantiorib. te, quia imprudenter*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

prudentiam, & ſcurrilitatem arguit; ut Moriones & ſcurræ cum Principibus & nobilibus faciunt.

Quæ ſunt extrema comitatis? ἀρεσκεία *aſſentatio in exceſſu, quando quis omnibus dictis & factis placere ſtudet. Et* δισκολία *Moroſitas in defectu, quando quis omnibus moleſtè contradicit.*

Recita inſigniora dicta comitatis? *Proverb. 15. Cor gaudens exhilarat faciem, in mœrore animi dejicitur ſpiritus.*

Cic. 1. off. Ludo autem & joco uti illis quidem licet, ſed ſicut ſomno, & quietibus cæteris, tum cùm gravibus, ſeriisq; rebus ſatisfecerimus.

Horat.—Sine amore, jocisq;, nihil eſt jucundum.

CAPUT VII.
De Veritate.

Reſpond. Cannutus Chriſtianus. Dan.

QVid eſt veritas? *Eſt virtus debitam ſervans conſtantiam in ſermonibus & dictis.*

Circa

2728.

Circa quid verſatur? *Circa ipſum verum.*

Qualis debet verax eſſe? *Bonus & juſtus, hoc eſt: qui ex veritatis amore, non vero ſui commodi gratia veritatem perhibeat.*

Quæ ſunt extrema veritatis? *unum in exceſſu, & dicitur* ἀλαζονεία *arrogantia: qua nobis majora dona quàm habemus, tribuimus. Alterum in defectu* εἰρωνεία *diſſimulatio qua ea dona quibus ornati ſumus, vel omninò negamus, vel verbis extenuamus.*

Licet ne mentiri? *In mendace ſpectanda mentis intentio, ſi enim illa ad perniciem alterius fuerit, ſimpliciter prohibetur: Si verò commoditati vitæ inſervire poſſit, licet mentiri, certis tamen obſervatis circumſtantiis.*

Recita inſigniora dicta veritatis? *Proverb. 12. Labium veritatis firmum erit in perpetuum. Melius eſt pro veritate pati ſupplicium, quàm pro adulatione beneficium. SENECA. Veritas in omnem partem ſemper ſui eadem eſt. Eurip. Simplex veritatis oratio.*

CAPUT

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

CAPVT VIII.

De Verecundia.

QVid eſt verecundia? *eſt metus infamiæ & dedecoris.*

Eſtne verecundia virtus? *Non eſt, ſed affectus quidam.*

Quomodo hoc Probas? *Primò à definitione, Nullus metus eſt virtus, ſed verecundia eſt metus, ergo. Deinde ab ætatibus, quia virtus omni ætati convenit, juvenibus & ſenibus: Sed verecundia ſolis juvenibus competit. Tertiò à contrario. Quia virtus ſolum bonis convenit, verecundia verò in malos cadit.*

Quare verecundia ſolis iuvenibus convenit? *Quia illa juvenes & adoleſcentes à vitiis retrahit, nativamq; ingenii bonitatem arguit.*

Quare non competit ſenibus? *Quia Senes & adulti nihil turpe admittere debent, cujus eos pudeat: Pudor enim propter admiſſam aliquam turpitudinem oritur.*

Quæ ſunt eius extrema? *Vnum in exceſſu, ſtupor, quo etiam pudet nos eorum,* quæ

2728.

quæ honeſta & laudabilia ſunt. Alterum in defectu. Impudentia, quâ nullam infamiam metuimus in peccatis nefandis perpetrandis.

Recita inſigniora dicta verecundiæ? *Seneca. Nutriendus eſt pudor, qui quamdiu in animo durârit, aliquis erit bonæ ſpei locus. Herodot. Mulier cum veſte exuit pudorem.*

Muſonius: Vultus & inceſſus pudore & prudentiâ inſignitus ſit. Xenophon. Impudentia præcipua dux eſt ad omnia ſcelera.

LIBER V.

Reſpond. Michael Cronuelius Danus.

QVid eſt juſticia? *Eſt, ut definit Ariſtoteles, habitus quo homines Idonei efficiuntur ad agendũ ea, quæ juſta ſunt, & agunt eadem, & volunt.*

Quomodo definit injuſticiam? *Eſt habitus per quem homines injuriam aliis faciunt, & injuſta agunt & volunt.*

Quotuplex eſt juſticia? *Duplex. Vniverſalis & Particularis.*

Quid

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

Quid eſt univerſalis iuſtitia? *Eſt virtus, quà obedientiam præſtamus omnibus legibus in ſocietate, quæ honeſtis legibus regitur.*

Quid eſt iuſticia particularis? *Eſt virtus quæ tribuit unicuiq; ſuum.*

Vtra iuſticia præſtantior? *Univerſalis præſtat particulari, quia eſt virtus perfecta, illa enim omnes virtutes morales in ſe continet, earum verum demonſtrat uſum, quomodo publicè & privatim exercendæ ſunt.*

Quod eſt obiectum iuſticiæ? *Univerſalis verſatur circa actiones omnium legum, & virtutum. Particularis circa diſtributionem externorum bonorum & malorum.*

CAPVT II.

QVomodo dividitur iuſticia Particularis? *In diſtributivam & commutativam.*

Quid eſt diſtributiva? *eſt virtus quà in præmiis & pœnis pro merito cuiq; ſuum tribuitur.*

2728.

Quid eſt commutativa? *eſt virtus quæ in contractibus ſervat æqualitatem, ut quisq; ſuum conſequatur.*

Quotuplices ſunt genera contractuum? *Duo. Alii ſunt voluntarii inter ſcientes & volentes. Alii Inviti, qui nobis inſciis fiunt.*

Qualis mediocritas eſt in juſticia? *In juſticia eſt mediocritas ſecundum æqualitatem proportionalem.*

CAPUT. III.

QVumodo æqualitas in hac iuſticia obſervari poteſt? *Si proportio RERVM & Perſonarum obſervetur.*

Quæ Proportio convenit iuſticiæ diſtributivæ? *Geometrica, quia in juſta diſtributione Dignitatem Perſonarum, inter quas aliquid diſtribuendum eſt, & precium rerum, quæ ſunt diſtribuendæ, ſpectare oportet, ut æqualia æqualibus tribuantur.*

Vnde iniuſta diſtributio deprehenditur? *Ex comparatione terminorum, hoc eſt, perſonarum & rerum.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

Quæ proportio convenit juſticiæ commutativæ? *Arithmetica; Quia ſi inter commutantes non fiat æqualis compenſatio, facile altera pars ad inopiam redigitur, & ſic commercia omnia tollantur.*

CAPUT IIII.
De lege Talionis.

QVid eſt lex talionis? *Cum quis id viciſſim patitur, quod alteri fecerit.*

Eſt ne hæc lex ſimpliciter iuſta? *Non eſt, ut volebant Pythagorei, quia nec in JUSTICIA diſtributiva, nec commutativa locum habere poteſt.*

Quare non habet locum in iuſticia diſtributiva? *Nam in ea non ſemper æqualis retributio fieri poteſt, propterea quòd in ea habendus eſt reſpectus perſonarum & circumſtantiarum aliarum.*

Quare nec in juſticia commutativa? *Quia licet ea æqualem rerum permutationem requirit, tamen non eadem pro iiſdem, ſed diverſæ res inter ſe permutantur.*

2728.

Eſt ergo Talio à juſticia excludenda? *Nullo modo, nam eà excluſa, non tantum JUSTICIA, ſed etiam civilis ſocietas periclitetur; Quia Talio nihil aliud eſt, quàm bonorum & malorum acceptorum retributio, quã in civili ſocietate ſervare neceſſe eſt.*

CAPUT. V.

QVomodo æqualitas rerum & perſonarũ poteſt inveniri? *Ex comparatione perſonarum & rerum inter ſe, ut videamus quæ perſonæ ſunt digniores & præſtantiores, quæque res magis neceſſariæ. Sic in bona Republ. doctus vir præferatur indocto.*

Quomodo in emtione & venditione æqualitas fiat? *Beneficio nomiſmatis: idcirco enim nummi inventi ſunt, ut omnia commodiſſimè adæquentur.*

Quæ ſunt extrema juſticiæ? *Plus & Minus: & ſub vocabulo injuſticiæ comprehenduntur.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

CAPUT VI.
De jure Civili.

Reſpond. Conradus Schattenbergius Holſatus.

QVid eſt jus civile? *Eſt communio & ſocietas vitæ inter homines liberos, & æquales vel proportione, vel numero, inſtituta, ut habeant ſufficientem vitæ rerum copiam.*

Inter quos maximè valet hoc jus? *Inter homines liberos & æquales: quia hi ſoli ſe mutuò injuria afficere poſſunt.*

CAPUT VII.

QVotuplex eſt jus Civile? *Duplex. Naturale & Legitimum. Naturale eſt, quod omnibus hominibus ex natura ineſt; Sub hoc jure, jus gentium poteſt comprehendi.*

Eſt ne jus Naturale mutabile? *Quæ in jure naturali homines concernunt, interdum mutantur, quæ verò Deum, ſimpliciter immuta-*

immutabilia ſunt. JVS verò Legitimum mutabile eſt, propter diverſas Rerumpublic. formas, ad quarum commoditatem leges applicandæ ſunt.

Quid eſt ius Legitimum vel Poſitivum? *Quod hominum decreto & autoritate ſancitum, & certis legibus comprehenſum eſt.*

CAPUT VIII.

De Injuſto.

QVis rectè dicitur iniuſtus? *Qui ex propoſito alteri injuriam facit.*

Quot modis fit injuria? *Tribus modis. 1. Quando quis peccat contra eum imprudenter de quo nihil tale cogitârat. 2. Quando quis inconſulto aliquid facit. 3. Quādo quis & conſultò & cogitatò facit injuriā.*

Fitve nolenti iniuria? *Minimè, Nam injuriam facere eſt voluntarium, injuriam idcircò pati eſt involuntarium: Nemo enim volens affligitur, qui autem injuriam patitur, affligitur: Ergo.*

Qui amoris aut libidinis cauſa bona ſua dilapidant patiuntur ne volentes injuriam?

Nequaquam, damnum quidem ſibi ipſis inferunt, nullam tamẽ injuriam patiuntur, quia non plenà voluntate, ſed affectibus cæcis rapti hæc faciunt.

Poteſt ne juſtus injuriam facere? *Non, quia non eſt injuſticiæ habitu præditus, à quo ſolo omnis injuria proficiſcitur.*

An qui diſtribuit, vel qui plus accipit, eſt injuſtus dicendus? *Qui iniquè diſtribuit potius eſt injuſtus dicendus, quã is qui accipit.*

CAPVT IX.

De æquitate.

QVid eſt æquitas? *Eſt, ut deſinit Ariſtoteles, correctio legis eà in parte, quà lex deficit propter ſuam generalitatem.*

Eſt ne æquitas eadem cum juſticia? *Non omnino, æquitatem ſeu æquum bonum ſolemus laudare, econtrà verò, ſi in ſententiis decernendis ſummum IVS ſervatur, vituperamus.*

Quid eſt ſummũ jus? *Eſt ſevera legum exequutio ſine mitigatione, etiam cum propter circumſtantiam aliquam probabilis erat mitigiatio, ut cum judex furem pauperem*

alioquin

2728.

alioquin non ſceleratum, ægeſtate impulſum, & pauca furatum afficit capitali ſupplicio.

CAPVT X.

QVi ſibi ipſis mortem conſciſcunt faciunt ne ſibi injuriam? *Illi non ſolùm ſibi ſed etiam Patriæ injuriam faciunt, ſpoliantes eam cive uno. Ergo etiam Reſpublica conſtituit pœnam in eos, ut aut à carnifice cadavera eorum crementur, aut in ſepulta relinquantur.*

LIBER VI.

Reſpond. Johannes Hojerus Hafnienſis.

CAPVT I.

De virtutibus intellectivis.

QVæ dicuntur virtutes intellectivæ? *Quæ ab intellectu mentis proficiſcuntur, & numerantur quinque, Scientia, Sapientia, Intelligentia, Ars, & Prudentia.*

Quomodo dividuntur? *Aliæ verſantur circa honeſtam rerum inquiſitionem, ut Intellectus, Scientia, Ars. Aliæ circa omnia*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

negocia honeſtè expedienda ut ſapientia & prudentia.

Quod eſt harum ſubjectum? *Animus rationalis, cujus duæ præſertim partes numerantur,* ἐπιστημονική, *aliàs* θεωρητική *dicta, quia in ſolà contemplatione & rerum cognitione acquieſcit: Et* λογιστική *quæ aliàs* πρακτική *vocatur, quæ in rerum agendarum conſideratione verſatur.*

CAPVT II.

QVot ſunt Principia cognitionis & actionis? *Tria: Ratio, Senſus, & appetitus, priora duo veritati inſerviunt, poſterius actioni.*

Nonne ratio & ſenſus æquè veritati inſerviunt? *Nequaquam, Nam ſenſus tantùm circa ſingularia, externa, & accidentia occupati ſunt, Mens verò ſeu Ratio univerſalia conſiderat.*

CAPUT III.

De Scientia.

QVid eſt ſcientia? *Eſt, ut definit Ariſt. habitus mentis quo aliquid demonſtrare poſſumus ex neceſſariis propoſitionibus.*

Quæ

2728.

Quæ ſunt neceſſariæ Propoſitiones? *Ariſt. lib. 1. Poſt. analyt. dicit eas neceſſarias eſſe, quæ ſunt veræ, primæ, immediatæ, priores, notiores, & cauſæ concluſionis: hæ enim veram ſcientiam efficiunt, ſi verò tales non fuerint, ſcientiam per accidens tantùm faciunt.*

Quarum rerum igitur eſt ſcientia? *Rerum immutabilium, quales ſunt æternæ, de quibus ſemper idem verè homines affirmare poſſunt: Non verò contingentium, quæ ſemper eodem modo ſe non habent.*

Quomodo ſcientia acqviritur? *Solà demonſtratione, quia ſcientia tantum eſt vniuerſalium. Non verò inductione, quæ ex ſingularibus conſtat.*

CAPUT IV.
De Arte.

QVid eſt Ars? *Eſt, ut definit Ariſtotel. Habitus cum recta ratione aliquid faciens.*

Circa quid verſatur Ars? *Circa res contingētes, quæ mutari poſſunt, & aliter*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

ſe habere, unde cum fortunà magnam cognationem habere dicitur, à qua vel juvatur vel impeditur.

Quomodo differunt ſcientia & ars? *Scientia tantum eſt rerum neceſſariarũ & æternarum. Ars verò contingentium. Alij tamen Philoſophi indifferenter uſi ſunt vocabulis artis & ſcientiæ, ut videre eſt apud Cicer. in quæſt. Academ. ubi ſcientiam definit.*

CAPUT. V.
De intelligentia.

Quid eſt intelligentia? *Eſt habitus mentis quo principia ſcientiarũ cognoſcimus.*

Circa quid verſatur intelligentia? *Circa principia ſcientiarum & artium.*

Quid ſunt illa principia? *Sunt noticiæ naturales, ex quibus rerum omnium demonſtrationes extruuntur.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

2728.

CAPVT VI. DE ſapientia.

Reſpond. Olaus Ericius Suecus.

QVid eſt ſapientia? *Eſt, ut definit Ariſt, intelligentia & ſcientia rerum præſtantiſſimarum.*

Circa quid verſatur? *Circa res omnes quæ ſub hominis cognitionem cadere poſſunt.*

Quis verè poteſt dici ſapiens? *Qui res univerſas ita contemplatur, ut omnium rationes reddere poſſit.*

Quomodo differunt ſapientia & prudentia? *Duobus modis differunt. Subiecto & obiecto. Subiectum ſapientiæ, eſt animi rationalis pars, quæ dicitur* ἐπιστημονική. *Prudentiæ verò eſt* λογιστική. *Deinde. ſapientia verſatur circa contemplationem & cognitionem rerum divinarum, neceſſariarum, & utilium. Prudentia verò circa rerum humanarum, ſingularium, & contingentium deliberationem. Hinc patet ſapientiam prudentiæ præſtare.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

CAPVT VII.

De Prudentia.

QVid eſt Prudentia? *Eſt, ut definit Ariſtoteles, Habitus verus cum ratione agens ea, quæ homini bona aut mala ſunt.*

Qui rectè dicuntur prudentes? *Qui norunt bene de iis rebus conſultare, quæ ad honeſtam vivendi rationem pertinent.*

Circa quid verſatur? *Circa* τὰ πρακτικὰ *h.e. circa ea quæ homini ad bene agendum et viuendum neceſſaria ſunt.*

Quotuplex eſt prudentia? *Duplex: Privata, quà unusquisq; ſibi ſuisq; rebus conſulit. Et Communis, quà aliquis aliis etiam de rebus utilibus proſpicit. Et illa duplex eſt,* οἰκονομικὴ *facultas regendi familiam. Et* πολιτικὴ *facultas adminiſtrandi Rempub.*

Quotuplex eſt Civilis prudentia? *Duplex* νομοθετικὴ, *facultas rectè ferendi & exponendi leges. Et* πρακτικὴ *facultas Reipub. negotia expediundi.*

Quomodo acquiritur prudentia? *Experientià & longà obſervatione ſingularium*

gularium, & aſsiduà rerum publicarum & privatarum tractatione.

Quomodo differt à ſcientia? *Scientia verſatur circa univerſalia: Prudentia circa ſingularia.*

CAPVT VIII.

Eſt ne Ciuilis ſcientia & prudentia idem habitus? *Minimè. Nam inter ſe tribus modis differunt. Subiecto, obiecto, & fine. Subiectum civilis ſcientiæ eſt* voluntas. *Prudentiæ eſt* intellectus. *2. Obiectum Ethices eſt Bonum, Prudentiæ eſt verum. 3. Finis Ethices eſt definire virtutes. Prudentiæ eſt circumſtantias præſcribere.*

Quot numerãtur Prudentiæ Miniſtræ? *Tres, εὐβουλία, σύνεσις & γνώμη.*

Quid eſt εὐβουλία? *Eſt quædam conſilii rectitudo, quà bonum nobis propoſitum commodis honeſtisq; viis conſequimur: Eaq; eſt vel abſolutè bona, quæ ad ipſam felicitatem: vel particulariter bona, quæ ad certum bonorum genus conſequendum pertinet.*

Quid

Quid eſt σύνεσις? *Eſt habitus quidam ex vera opinione iudicandi de ijs rebus, quæ à prudentibus viris conſtitutæ ſunt.*

Quid eſt γνώμη? *Eſt verum ac rectum iudicium viri æqui & boni, de dictis & factis hominum.*

CAPUT IX.
de Solertia.

QVid eſt ſolertia? *eſt naturalis quædam vis excogitandi & inveſtigandi ea, quæ ad propoſitum noſtrũ conſequendum faciunt.*

Quotuplex eſt ſolertia? *Duplex bona, quæ bona Media ad finem conſequendum excogitat. Et mala: quæ mala media pro fine obtinendo venatur.*

CAPVT X.

QVid præterea de prudentia obſervandum? *Hoc præſertim, quod nullæ virtutes poſſunt prudentia carere, ſicuti nec prudentia VIRTVTE: Ergo vt omnes artes communi quodam vinculo inter ſe continentur, ita quoq; VIRTVTES, ſuaviſſima quadam concordiâ, & quaſi concentu quodam Muſico conſentiant.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

2728.

LIBER VII. Ethicorum,

Reſpond. Michael C. Cronnelius.

CAPUT I.

QVid eſt virtus Heroica? *Eſt habitus animi non humanâ induſtriâ acquiſitus, ſed à Deo tributus, ad tales actiones præſtandas, quæ vires humanas ſuperant: Ita appellatur, quia eo præditi olim pro ſemideis habiti ſunt.*

Quod vitium cum hac virtute pugnat? *feritas* θηριότης, *quo vitio homo omni humanitate depoſita, ferarum mores ſequitur: ut ſanguinem humanum haurire, crudis carnibus veſci.*

In quibus virtutibus deprehenditur feritas? *In continentia.*

CAPUT II. DE Continentia.

QVid eſt continentia? *Eſt virtus per quã prauæ cupiditates ratione reguntur.*

Quid

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

Quid eſt Incontinentia? *Eſt vitium, quo contra rationem à prauis affectibus & cupiditatibus inviti ad peccandum pertrahimur.*

Circa quid verſatur incontinentia? *Circa voluptates corporis.*

Verſatur ne temperantia & intemperantia circa idem obiectũ? *Ita, ſed diuerſimode, Nã intẽperans ex propoſito voluptatib. indulget; Incontinens verò præter intentionem animi ſui, victus voluptatibus, eas ſequitur.*

Quid eſt patientia? *eſt virtus, quà honeſtatis & utilitatis cauſa, res arduas & difficiles ſponte diu perferimus.*

Quid eſt Mollities? *Eſt vitium, quo nullos labores aut dolores ne minimos quidem, honeſtatis gratia perferre volumus.*

CAPVT. III.

Quotuplex eſt voluptas? *Duplex: Naturalis, & non naturalis, ſunt & intermedia.*

Quotuplices ſunt naturales voluptates? *Duplices, quædam omni animantium generi jucundæ ſunt, ut voluptates ex cibo, potu*

2728.

& venere. Quædam verò aliquibus, vel hominibus, vel animantibus pro diverſitate naturæ, & temperamenti iucundæ ſunt.

Quæ eſt varietas voluptatum naturaliũ? *Aliæ vocantur Beluinæ, quæ Beluis magis, quàm hominibus competunt, aliæ morboſæ, quæ ex morbo contrahuntur, ut mulieres grauidæ delectantur pice, carbonibus, & alijs rebus.*

Quomodo differunt tẽperans & continens? *Temperans cupiditates habet paucas, eaſq́; rectæ rationi conſentaneas. Continens verò cupiditatibus flagrat improbis, quas rectà ratione coercet.*

Poteſt aliquis dici incontinens ſecundum omnes voluptates? *Nequaquam, nemo enim propter ſolam cupiditatem, ſed propter nimiam voluptatum cupiditatem dicitur incontinens. Deinde, propter voluptates non neceſſarias, & non naturales nemo propriè dicitur incontinens, ſed ſecundum quid, eius nempe rei reſpectu, quam immoderatè expetit.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

CAPVT IIII.

VTrum incontinentia iræ, eſt pejor cupiditatis?

Cupiditatis incontinentia pejor eſt iræ: Nam à voluntate proficiſcitur: ira verò ex naturæ vitio, ut apparet in bilioſis.

Vtrum feritas eſt majus malum quàm vitium morale?

Etſi feritas eſt deteſtabilis, tamen vitium Morale eſt majus malum, quia plus nocumenti inferre poteſt, quàm illa.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

2728.

CAPVT V.

QVomodo differunt temperantia , intemperantia, continentia, incontinentia, tolerantia & mollities? *Temperantia & intemperantia ſunt habitus longo uſu acquiſiti. Continentia verò & incontinentia, item tolerantia & mollities ſunt ſaltem imperfecti habitus.*

Quomodo aliàs differunt? *Forma agendi, Nam temperans & intemperans conſultò agunt. Continens verò & incontinens ex affectu. Denique objecto, quia intemperantia non ſolum circa voluptates, ſed etiam circa dolores verſatur. Incontinentia verò ſolum circa voluptates.*

Quot ſunt ſpecies incontinentiæ? *Duæ, una dicitur præcipitantia. Altera infirmitas.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

Quotuplex eſt mollities? *Duplex. Voluntaria, quæ noſtrà culpà contracta eſt. Et involuntaria, quæ à natura orta eſt.*

Vter deterior intemperans an incontinens? *Intemperans longè deterior eſt incontinente, quia ipſe datà operà peccat, incontinens verò præter animi ſui propoſitum.*

CAPUT VI.

Reſpond. Daniel Marchort Iglavienſis.

QVomodo differunt contines & pertinax? *Continens patitur ſe melioribus rationibus à ſua ſententia abduci. Pertinax verò in ſua ſententia firmiter perſiſtit, nec patitur ſe ullis rationibus ab ea dimoveri, græcis vocatur* ἰσχυρογνώμων.

Quotuplices ſunt pertinaces? *Triplices. Quidam dicuntur* ἰδιογνώμονες, *qui ſuas opiniones pertinaciter tueri laborant. Quidam* ἀμαθεῖς *indocti, qui opiniones ſuas deponere nolunt, licet eas neſciunt defendere. Quidam* ἄγροικοι, *rudes, agreſtes.*

2728.

CAPUT VII.

POteſt ne incontinens dici prudens? *Nullo modò, quia incontinens ſponte malè agit, indulgendo malis cupiditatibus. Vir prudens nunquam ſponte peccat. Deinde, quia omnis prudens eſt vir bonus. Incontinens verò non poteſt dici vir bonus.*

Poteſt ne incontinens dici improbus? *Minimè, quia non conſultò, ſed tantum ex quadam animi perturbatione peccat.*

CAPVT VIII.

QVid de voluptate iudicas? *Voluptas quædam poteſt inter bona numerari, quia cum Bono cognationem habet, ſed non poteſt dici SVMMVM BONVM, quia ſummum bonum eſt ultimus finis hominis. Voluptas verò non eſt finis hominis.*

Quare plæræque cenſentur malæ? *Quia turpes ſunt, & non ſolum valetudinem offendunt, ſed etiam famam lædunt, & facultates exhauriunt.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

Quomodo definitur voluptas ab Ariſtotele? *Eſt operatio non impedita ab habitu promanans, qui eſt ſecundum naturam.*

Poteſt ne ex hac definitione aliqua voluptas dici Bonum? *Maximè. Quia cum voluptas dolori, qui omnium conſenſu malum eſt, & proptereà fugiendum, opponitur, ſequitur Bonum dici poſſe. Deinde ſi nulla voluptas eſſet Bona, tum neq; voluptas quam vir bonus ex ſuis virtutum actionibus percipit erit bona.*

CAPUT IX.

VOluptates corporis poſſunt ne bonæ dici? *Poſſunt, ſed non ſimpliciter bonæ, ſed quatenus ad corporis ſuſtentationem & ſobolis propagationem faciunt, & in iis modus ſervatur.*

Quomodo probas voluptates animi eſſe perfectiores voluptatibus corporis? 1. *Quia ſubjectum habent præſtantius, animum nempè hominis. Deinde, quia ex iis rebus, quæ naturà ſuà jucundæ ſunt percipiuntur: corporis voluptates ex rebus quæ per accidens jucundæ ſunt.*

Tantum de ſeptimo libro.

LIBER

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

2728.

LIBER VIII.

Reſpond. Conradus Schattenbergius Holſatus.

CAPVT I.

QVid tractat Ariſtoteles in hoc libro? *Ipſe tantum de Amicitia agit.*

Cur de amicitia agit? *Quia illa non ſolum ad benè beatèque vivendum confert, ſed in omni fortunà cuivis eſt neceſſaria homini, adoleſcentibus, adultis, & ſenibus, divitibus, & pauperibus. Civitatibus etiam valde neceſſaria eſt, quia per eam conſtituuntur, conſervantur, & conſiſtunt. Vbi enim amicitia eſt, ibi nullus locus injuriarum.*

Quid eſt amicitia? *Eſt, ut definit Ariſtoteles, benevolentia non latens, in mutuà affectione conſiſtens. Vel eſt mutuus quidam amor ſive benevolentia, quæ vel virtutis vel voluptatis, vel commodi causà ſuſcipitur, mutuiſq; declaratur officiis.*

Circa quid verſatur? *Circa* φιλητὸν *amabile, hoc eſt: omne id quod amore dignum eſt.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

Vnde eſt amicitia ? *Non eſt ab indigentia, alias pauperes amiciſsimi eſſent : ſed eſt à natura, quod videre liceat in brutis, quæ prolem ſuam miro amore complectuntur : ſimiliter ex ςόργας φυσίκας in hominibus.*

CAPVT II.

QVotuplex eſt amicitia ? *Duplex, Vera, & ſimulata. Vera, eſt quæ tantum virtutis cauſa expetitur. Et vocatur honeſta, ex objecto.*

Qualis eſt illa amicitia ? *Perfecta eſt, quia nunquam diſſoluitur niſi per mortem, & tantum illa inter Bonos locum habere poteſt, ergo etiam rara amicitia dicitur.*

Quid eſt ſimulata ? *Quæ voluptatis aut utilitatis gratia expetitur.*

Qualis eſt illa amicitia ? *Imperfecta, & inſtabilis, quia facile ob leviſsimas cauſas, ceſſante nimirum voluptate, & utilitate, quæ ex ea proveniebant, dirimitur : Et hæc amicitia ex objectis ſuis, in SENIBVS dicitur VTILIS. In IVVENIBVS IVCVNDA amicitia.*

Quid

Quid ad veram amicitiam requiritur? *Convictus & converſatio, quia ſine converſatione amicitia demonſtrari nequit. Deinde qui parum converſantur, eorum amicitia & conjunctio facilè diſcinditur.*

CAPUT III.

POſſunt abſentes ſe mutuo amare? *Poſſunt, ſed eorum amor rectius benevolentia quàm amicitia dicenda eſt, intervalla locorum, etſi amicitiā non penitus tollunt, tamen Labefactant.*

Sunt ne Senes apti ad amicitiam colendam? *Philoſophus negat, quia Moroſi & avari ſunt, quibus vitiis ad jucundam converſationem inepti redduntur.*

Poteſt aliquis cum pluribus colere amicitiam? *Diſcernendum inter veram & perfectam amicitiam, quæ tantummodo inter duos eſſe poteſt, qui ſe mutuò amant propter virtutem. Et inter amicitiam, jucundam & utilem, quæ poteſt habere plures amicos.*

Quæ eſt ratio? *Quia in vera amicitia, alter alteri vehementer placere ſtudebit*

unus autem pluribus placere nequit, imò qui ſtudet omnibus placere, is id conſequitur, ut nemini placeat: vt dicitur: Qui omnibus eſt amicus, is nulli eſt amicus.

CAPVT IIII.

Quomodo appellatur amicitia ab Ariſtotele inter pares? *Amicitia* ἐν ἰσό-τητι *in æqualitate, quæ eſt inter amicos, qui ſunt dignitate, ætate, & vitæ conditionibus æquales.*

Quomodo vocatur amicitia inter Regem & ſubditos: Dominum & ſeruos, parentes & liberos? *Amicitia* ἐν ὑπεροχῇ *in excellentia. Quia eſt inter eos, quorum alter dignitate, ætate, & vitæ conditione alterum excellit.*

CAPVT V.

QVid præterea in amicitia notandum? *Amor duplex in amicitia conſiderandus, Actiuus, quo alios amamus, & paſſiuus, quo ab altero amamur.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

2728.

Vtrum præſtat amari quàm honorari? *Melius eſt amari quàm honorari, quia amor propter ſe expetitur, honor vero propter aliud. Amor enim eſt internum virtutis initium. Honor eſt externum bonæ opinionis ſignum.*

Vtrum amicitia conſiſtit potius in amare quàm in amari? *Amicitia magis conſiſtit in amare, quàm in amari, quod exemplo matrum probatur, quæ inſigni amore ſuos infantes complectuntur, à quibus viciſsitudinem amoris, propter rationis defectum non poſtulant.*

Poteſtne amicitia dici ſocietas? *Poteſt, propter cognationem illam, quæ eſt inter amicitiam & iuſticiam: amicitia n: pars iuſticiæ eſt, quæ cum tantum ad eos pertinet, qui ſocietate aliqua ſunt conjuncti, ſequitur amicitiam eſſe ſocietatem.*

CAPVT. VI.

Reſpond Nicolaus Ericius.

QVot ſunt ſpecies ſocietatis ciuilis bonæ? *Tres: βασιλεία regia gubernatio,*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

natio, vbi imperium eſt penes unum, qui ex legibus regat. ἀριστοκρατία *h. e. Optimatum potentia, ubi regunt illi, qui cæteris prudentià, iuſticià & alijs virtutibus antecellunt. Et* τιμοκρατία *Cenſualis poteſtas, h. e. vbi regunt ditiores.*

Quot ſunt ſpecies Reipub. malæ? *Similiter Tres. Tyrannis, ubi Imperium eſt penes vnum, non qui ex legibus, ſed qui pro voluntate et libidine imperat:* ὀλιγαρχία *dominatus paucorum. Et* δημοκρατία *popularis adminiſtratio, ubi omnia in Repub. ex nutu populi adminiſtrantur. Vt harum peſsima eſt Tyrannis, ſic optima eſt forma gubernatio Regia, ſi modo Rex talis eſt, qualis eſſe debet.*

CAPUT VII.

Dic mihi qualis ſit amicitia in bonis formis ſocietatis? *In regia gubernatione, & Ariſtocratia eſt amicitia* ἐν ὑπεροχῇ, *in excellentia beneficiorum. In* τιμοκρατίᾳ *verò eſt* ἐν ἰσότητι *in æqualitate.*

Qualis eſt in viciosis formis amicitia? *Nulla aut perexigua eſt, quia in illis ferè nulla*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

2728.

nulla eſt bonorum communio, ideo nullũ jus, & per conſequens nulla amicitia eſt.

CAPUT VIII.

QVæ eſt cauſa paternæ amicitiæ? *φιλαυτία, dum parentes amant liberos tanquam aliquid ſui, ac viciſsim filii honorant parentes tanquam ex iis, ex quibus procreati ſunt. Hac tamen diverſitate, quod parentes magis ament filios, quàm ab ijs amentur.*

Quæ eſt cauſa fraternæ amicitiæ? *partim paterna, partim communis educatio, ætas æqualis, convictus aſsiduus, coliturq; ijſdem officijs, quibus amicitia ſodalium.*

Quæ eſt cauſa amicitiæ coniugalis? *Sobolis propagatio, ac mutuum auxilium, copulatur enim communi prole, & pignore liberorum.*

CAPUT IX.

Poſſunt ne quærelæ habere locum in amicitia? *In amicitia honeſta, h. e. quæ virtutis cauſa contracta eſt, locum habere*

neque-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

nequeunt, ſed in amicitia ſimulata, h. e. quæ voluptatis aut commoditatis gratiâ inita eſt.

Quando fiunt quærelæ in hac? *Quando is, qui beneficium accepit, non tantum retribuit, quantum is qui contulit ſperabat ſe accepturum.*

Tantum de octavo libro Ethicorum.

LIBER IX.
Ethicorum.

Reſpond. Iohannes Michaelius junior.

CAPVT. I.

QVid in amicitia debemus principibus, parentibus, fratribus cognatis, & amicis? Principibus *debemus obedientiam & cultum,* parentibus *alimenta ſiue nutricationem & honorem.* Fratribus *non ſolum communicationem externorum bonorum, ſed etiam* παρρησίαν *monendi & objurgandi.* Cognatis *ornamenta & commoda.* Amicis *benè velle & facere, idem cum ipſis ſentire*

2728.

ſentire, ſaluti eorum ſtudere, eorum conſuetudine delectari, illisq́; compati.

Licetne diſrumpere amicitiæ vincula? *Ita, Amicitia illa quæ voluptatis aut vtilitatis cauſa contracta eſt, facilè dirimitur, cum amici deſinunt iucundi & utiles eſſe. Et illa quæ virtutis gratià contracta eſt, licet firmior ſit, tamen quando alter deſeruerit virtutem colere, & ſit improbus, nec correctionibus locum dare velit, dirimitur.*

An amico magis quàm viro bono gratificandum? *Circumſtantiæ conſiderandæ ſunt: Si enim amicus in vitæ diſcrimine conſtitutus fuerit, ipſi magis, quàm alteri viro bono ſeruiamus.*

CAPUT II.

DEbet ne vir bonus eſſe φίλαυτος? *Maximè. Si φίλαυτος pro eò vſurpatur, qui omnia ſua conſilia, facta, & dicta eò refert, ut iuſtus & modeſtus non ſolum erga ſe, ſed etiam erga alios ſit, poteſt hoc concedi. Mali verò* φίλαυτοι *dici nequeunt, quia de veris ani-*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

mi bonis acquirendis non laborant, ſed tantum externa bona ſectantur.

Quid requiritur ad amicitiam ſeruandam? *Benevolentia, quæ ita ab amicitia differt, quod amicitia ſit aperta & actuoſa. Benevolentia verò occulta & ocioſa:* neceſſaria *eſt in amicitia, quia eſt principium amicitiæ.*

Quid Deinceps facit ad amicitiam? *Concordia, quæ tantum locum habet inter bonos, qui ſemper concordiam ſtudent, non verò inter malos, qui non tantum male inter ſe conueniunt, ſed etiam animum inſtabilem & fluctuantem habent.*

Quod eſt tertium quod ad amicitiam requiritur? *Beneficentia, non n: ſatis eſt bene velle amicis, ſed etiam bonam noſtram voluntatē factis & reipſa comprobare debemus.*

CAPUT III.

VTrum Beatus indigeat amicis? *Maxime: ſi enim, Beatus amicos non habeat, tum omnibus bonis non abundet, quia amici omnium bonorum præſtantiſſimi. Sed hoc*

hoc ſciendum ipſum nō æquè indigere amicis iucundis & vtilibus, atq; honeſtis, qui jure merentur amici nomen: Et de illis rectè dicitur, amicus eſt tanquam alter idem.

Quomodo appellandi ſunt qui pluribus delectantur amicis? ἄρεσκοι *h. e. blandi dicendi ſunt, non verò amici, quia omnib.* ἀρέσκειν *h. e. placere cupiunt. Honeſta enim amicitia* πολυφιλίαν *non admittit, ut ſupra dictum lib. 8. cap. 3.*

CAPUT IIII.

AN magis in aduerſis quàm in ſecundis rebus conciliandi amici? *In utraq; fortuna. In aduerſis neceſſarij, conſilij & auxilij gratiâ. In ſecūdis rebus iucundi, vt honeſtà ſuà conſuetudine nos exhilarent, atq; habeamus cum quibus virtutes exerceamus.*

Quales amici in utraq; fortuna comparandi? *Honeſti amici. Sed conſiderandum, quod in adverſis rebus vtiles requiruntur, qui nos iuuare poſſunt. In ſecundis verò rebus, iucundi.*

2728.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

CAPVT VLTIMVM

QVare in amicitia requiritur conuerſatio? *Quia maxima amicitiæ vis in uſu conſiſtit, qui eſt ut amici mitiſſimum vultum contempleris. Deinde quia omnis ſocietas requirit aliquam conuerſationem.*

Quotuplex eſt conuerſatio? *Duplicem conſtituit Philoſophus lib. 9. cap. 12. vnam bonorum, quà meliores reddimur, & igitur expetenda. Aliam malorum, quà deteriores reddimur, & propterea fugienda. De qua ſic Menander. Si cum ſapientibus conuerſeris, ſapiens euadas. Si cum ſtultis, ſtultus fias.*

LIBER X.

Ethicorum Ariſtotelis,

Reſpond. Conradus Schattenbergius.

CAPVT I.

QVid tractat Ariſtoteles primo in hoc libro? *De voluptate.*

2728.

Quæ fuerunt Philoſophorum opiniones de voluptate? *Quidam ſtatuerunt, eam ſummum bonum eſſe, & proinde expetendam eſſe, quidam verò voluptatem rem malam dixerunt, & ideo fugiendam.*

Quæ fuit Eudoxi opinio de voluptate? *Ipſe cum Epicuro ſtatuit voluptatem eſſe ſummum Bonum.*

Quibus nitebatur argumentis? *Hiſce præcipue. 1. Quia ab omnibus animalibus brutis & ratione præditis expetitur. 2. Quia opponitur dolori. 3. Quia per ſe expetitur.*

CAPVT. II.

QVid Platonici ad hæc reſpondent? *Ita reſpondent, voluptatem non propterea ſtatuendam ſummum bonum, quia ab omnibus animalibus expetitur, nam interdum etiam malum deſiderant.*

Quid Ariſtoteles ad hæc? *Ipſe reſponſionem hanc tanquam infirmam reÿcit, quia non tantum beſtiæ & imperiti, verum etiam ſapientes & viri boni voluptatem expetunt.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

Quid Platonici ad ſecundũ reſpondent? *Negant id Bonum eſſe quod malo opponitur, ſiquidem Malum etiam Malo opponitur, ut Auaritia prodigalitati.*

Quid Ariſtoteles ad hæc? *Ariſtoteles per inſtantiam eam reijcit hoc modo: Si voluptas dolori opponitur, ut malum malo, igitur æquè mala, & fugienda, ut dolor. Sed Platonici eam non ita fugiunt, ſicut dolorem, ergò eam non opponunt dolori, ut malum malo*

Quid ad ultimum argumentum reſpondent Platonici? *Probant voluptatem non ergo eſſe ſummum Bonum, quod acceſſione alterius Boni poteſt fieri melior. Summum bonum dicitur id, quod nullius boni acceſſione poteſt fieri melius.*

Quid Ariſtoteles ad hæc? *Ipſe hanc Boni deſcriptionem planè reijcit.*

CAPVT III.

SVnt ne omnes voluptates ſimpliciter bonæ? *Non ſunt ut voluit Eudoxus, quia ſic nullum eſſet diſcrimen inter voluptatem quã affert adulator, & Syncerus & amicus. De-*

2728.

inde quoduis inhoneſtum facinus admittendum eſſet, modo aliqua ex eo peteretur voluptas.

Eſt ne voluptas motus ut dixit Plato? *Non, quia neque velocitas, neq; tarditas, quæ ſunt propriæ affectiones motus, voluptati competunt.*

Eſt ne voluptas generatio? *Minimè, quia per generationem nova aliqua ſubſtantia generatur ex corruptione prioris. Sed per voluptatem nulla ſubſtantia generatur, aut corrumpitur.*

Quid tum dicis voluptatem eſſe? *Eſt noſtrarum actionum conſequens quædam perfectio, quam ſingulari quadam ſuavitate commendat.*

CAPUT IIII.

IN quibus conſiſtit felicitas ſeu beatitudo? *Non in ſolo habitu conſiſtit, alioquin dormientes, ægrotantes, & inopia conflictantes, dicerentur Beati, ſed in habitus functione, ſiue in virtutis uſu, cum proſperitate vitæ perfectæ, conjuncto.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

Quotuplex eſt felicitas? *Duplex: Contemplatiua, quæ in contemplatione rerum præſtantiſſimarum verſatur, Et activa, quæ in ciuilium virtutum ſtudio & exercitio conſiſtit.*

Quænam harum eſt præſtantior? *Vt contemplatiuæ virtutes activis ſunt excellentiores, ita felicitas contemplativa activæ præfertur.*

Cur in contemplatione felicitas humana collocatur? *Quia illa contemplatio omnibus actionibus humanis præſtat, idcirco in ea non immerito beatitudo collocari poteſt.*

CAPUT. V.

Reſpond. Johannes Iacobi Hojerus.

CVr homo theoricam vitam expetere debet? *Quia illa proximè ad vitam divinam accedit, & homini maximè competit. Nam per eam homo maximè vivit, ſecundum eam partem, quæ in eo*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

2728.

eſt præſtantiſſima, nempe ſecundum animam.

At quidam dicunt mortalem debere mortalia curare, & non in diuina inquirere? *Rectè dictum eſt, ſi homo totaliter mortalis eſſet, ſed quia ſecundum præſtantiſſimam ſui partem, animam nempe, immortalis eſt, ſequitur ipſum ſecundum eam divina & immortalia quæſiturum.*

CAPVT VI.

QVæ ſunt præmia virtutis? *Virtutem Gloria, Laus, honor, divitiæ, amicitiæ, bona fama, autoritas, immortalitas, comitantur, cum quibus perpetua quædam eſt virtuti confœderatio.*

Cur virtus non ſemper habeat præmia? *Id non fit vitio virtutis, ſed hominum, dum videlicet aut ingrati uniuerſi, aut inuidi multi, aut inimici potentes, VIRTVTEM ſuis præmijs ſpoliant, quæ in eam collata fuerant diuinitus.*

CAPVT VII.

ESt ne ſatis præcepta virtutis ſcire, aut docere, & non agere? *Minimè. Cogni-*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

tio enim virtutum nihil nobis prodeſt, niſi eas exerceamus. Nam non verba, ſed ipſæ actiones honeſtæ, probum & honeſtum reddunt.

Quot requiruntur ad efficiendum virum bonum? *Tria, Natura, Doctrina, & Educatio.*

Quid facit Natura? *Ipſa nos aptos ad virtutem percipiendam facit.*

Quid doctrina facit? *Ipſa nobis virtutis naturam, pulchritudinem, & præſtantiam oſtendit, quà cognità facilius eam ſequimur & colimus, & vitia deteſtamur.*

Quid educatio facit? *Bona educatio plurimum ad virtutem acquirendam facit. Quare eà neglectà, parùm doctrina & natura prodeſſe nobis poſſunt.*

Quotuplex eſt educatio? *Duplex, Privata, quæ fit privatim, vel per parentes, vel præceptores. Et publica, quæ fit publicè, per Magiſtratum.*

CAPUT ULTIMUM.

QVid ad utramque educationem requiritur? *Leges honeſtæ, quibus non modò*

2728.

modò juvenes virtuti & honeſtis actionibus aſſueſiunt, verum adulti etiam in iis excoluntur & confirmantur.

Quare leges requiruntur? *Quia in legibus eſt vis quædam cogendi homines ad virtutem colendam, & vitia fugienda. Et tantum de ſcientia morali.*

τῷ θεῷ δόξα.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

Epigramma.

IN EPITOMEN ETHICES HVMANISSIMI AC DOCTISS. VIRI, DN. M. CAROLI GEORGII BANGII Dani.

QVi modo naturæ vires ac abdita MVNDI
Ex ipſis SOPHIAE fontibus hauſta dabas,
Nunc quoq; vivendi præcepta ſalubria tractas,
Vt Mores animi convenienter eant.
Perge tuis ſtudiis, VIR docte, iuvare iuventam
Sic Patriæ fies fida columna tuæ.

VVolfgangus Frantzius S. S. Theologiæ Doctor, Hiſtoriar: Profeſſor public. & pro tempore Collegii Philoſophici Decanus, in Inclyta Academia Vitebergenſium.

Aliud

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

2728.

Aliud ad eundem M. Carolum G. Bangium.

VIta data eſt homini, pariter ſine pignore porcis,
Contigit ambobus vivere poſſe ſimul.
Illa ſed æterno virtutis lumine ſplendet,
Hæc fœtet ſemper contumulata luto.
Quiſq; igitur temnit VIRTVTEM, quiſq; furenti
Doctrinam MORVM diſcere mente negat:
Inſtar ſetigeri, claudit ſua tempora, porci,
Atq; SVIS vitam moribus ipſe refert.
Qui ſociam vitæ VIRTVTEM exoptat habere
Neſcius hic mortis, Mortuus, uſq; vivit.
Quare ſi cupias animum virtute polire,
Vt Latè ſemper fama per ora volat.
Huc aderis: cupidà tu mente revolue libellum
Quem tibi ſuccinctum BANGIVS ecce, dabit.
Omnia quæque docent, STAGIRITIS pagina multa,
Hic breviter capias, quod cupis, inde feras.
Perlege, crede mihi, decies legiſſe iuvabit
Sic tandem diſcas, quod didiciſſe iuvet.

M. Ianus Gæorgius Stafvangrius Norvegus.

Aliud

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

Aliud.

DIgnus honore vir eſt, cui commoda promere ſemper,
Pectore ſollicito maxima cura fuit.
Invidus ipſe licet ſoleat hæc carpere, Momus,
Attamen haud rabido dente nocere queat.
Eſt etenim meritò non ultima gloria rerum,
Velle placere bonis, nolle placere malis.
O igitur, BANGI, Zoili non verba vereris,
Huius ab arbitrio non tua ſcripta vigent.
Sed prodeſſe bonis cupias: fiat tibi tandem
Sic placuiſſe bonis, diſplicuiſſe malis.

ab

Olao Petræo Iemptlando
Norvego.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

2728.

Errata quæ irrepſere ſic
emendentur.

Fol. A.3.faci.1.lin.12.lege gratiam pro gloriā.
fol. D. 2.facie.2.linea 8. lege magnas,pro vo-
ce parvas.
fol. D.3. facie 1.lin.6. lege omnia.
fol.D.8.facie 2.lin.19.lege Triplex:naturalis,
non naturalis, & intermedia.
fol. E. 8. fa.2.lin. 19. lege Triplex Naturalis,
non naturalis, & intermedia.
fol.G.1.fa. 1.lin. 15. poſt eam ſententiam, in
ſecundis rebus; Iucundi, interſeratur.
fol. G. 2. fa. 1. lin. 12. pro 3. Eudoxi argu-
mento hoc ſubſtituendum,quod eſt prius
omiſſum: Id BONVM, dicendum SVM-
MVM, quod acceſsione alterius fit me-
lius: atqui tale eſt voluptas: Ergo eſt
SVMMVM Bonum.
fol. G. 2. fa. 2. lin. 10. inter dictionem eam,
& opponunt,non interponatur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

2728.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)

2728.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2728 8° (LN 379 8° copy 2)